V. scen ult. v. 87.* Menaechm. sc. 1. Terent. Phormio Alt. 2. sc. 2. Cicero de orat II.
23.

Differunt compedes a nervo Gell. XI. c. ult.

Euclionis Plautinae sc. 27.

At ego deos credo voluisse, ut apud te me in nervo enecem

* Ba. Vesper hic est, sequimini. Ph. ducite nos quo lubet, tanquam
quidem addictos.

Πρὸς τὸ λοιπὸν cf. l. inf. D. de iis qui deiec.

---

publicum de rebus publicis dicendi; tam late enim jus suffragii definiendum
esse apparet (ex fr. M. D. municip. et honor. fr. 6. §. 1. de muneribus.) — Politicam
civitatis partem non necessario civibus competere diximus. Hinc descendit civium
illa notissima divisio in cives optimo jure et non optimo jure, quorum hi mo-
do connubium et commercium, illi vero jus suffragii quoque et honorum
habebant, et simul tribui adscripti erant; quod jus in cive non optimo
jure; quare tribubus emovere, erat civem non optimo iure facere. Ceterum

M. T. Ciceronis ad C. Trebat. J. Ctum. Topica
In eadem
Severini Boetij Commentarior. lib. VI.
Joannis Visorii Comment. lib. III.
Bartholomei Latomi Enarrationes.
Ch. Hegendorphini Scholia.
Antonii Goveani Comentar.

Parisiis apud Thomam Richardum sub Bi-
bliis aureis e regione collegii Remensis
1557.

Cicero in Top. Ea quae fiunt partim sunt ignorata etc. etc. Verba Ciceronis a Boethio non recte explicari Schott. (Nodor. Ciceronianor. lib. I. c. 23.) putat, sed ex Festo (quem illi locum Ant. Augustinus suppeditavit) Subiicere arietem: in Commentario XV. Juris Pontificii, Antistius esse ait dare arietem, qui pro se agatur, ut caedatur. Et alibi: Subici aries dicitur, qui agitur ut caedatur: quod fit ut ait Cincius in libro de off. I. Cti exemplo Atheniensium, apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo qui scelus admisit, poenae impendendae loco. —— De re ipsa quid alibi adhuc Cicero censeat, videndum. De Oratore lib. III. Nonnunquam brevitas translatione conficitur: ut illud: Si telum manu fugit imprudentia teli emissi brevius propriis verbis exponi non potuit. Et lib. II. Quae defendi sinit, quae et imprudentia et casu facta dicantur. —— Ceterum (verba Scholii sunt) in illis Topicor. verbis ut multa a librariis peccantur, pro illis tenere quem volueris, reponi malim nolueris.


Arbiter pro praetore putat Langius (Car.) in Cicer. lib. III. de off. et citat ~~Festum~~, ~~nonnum~~ ~~Marcellum~~, Valer. Max. VIII. 2.


Cujusdam laudis Trebatius fuit. cf. Ciceronis lib. VII. epist. ad Fam. Tamen id caput ubi haec controversia est notavi et descriptum tibi misi, ut scires id quod tu neminem sensisse dicebas, Sex. Aelium et M. Manilium M. Brutum sensisse.


Jam de eo quaeritur an Tripartita a jure Aeliano differant? quod ego quidem negarem ductus eo argumento, quod Pomponius de his libris separato loco agat §. 7. et 38. quanquam in eo facile consentio, quod deinde post publicatas in Jure Aeliano legis actiones, eas in Tripartitis repetiit, quare etiam lex Aelia Sextia apud Cic. Top. 2. ubi falso legitur Aelia Sentia de hoc commentario capienda est.


Chr. Wilh. Küstner in Chrestomathia Enniana p. 49.

Praefat. ad Maiumum Itaque dubitandum non est, quin ad eandem rationem vir doctissimus, si supervixisset, aut si impeditus non fuisset Reip. temporibus, iudicandi quoque partem nobis traditurus ~~fuit~~ fuerit, puram ac defaecatam, ut cetera omnia: neque abundantem supra brevitatis alveos, sed modo et genere tractationis intra utilitatis fines comprehensam.
Sed quod pertinet ad Topica, scripsit hunc librum Cicero ad Aristotelis sententiam, magna brevitate, ut quae ab illo latissime fusa sunt, in compendium redigeret; commoditate vero tanta, ut quae singulari ingenio inventa ab illo, atque in lucem edita sunt, hic primum in artem inclusisse, ac certam viam constituisse videatur.









Ersten Examen — Wolke. Andr. Neue.
2ten — Klütze — Thoden.
3ten — Maciejowski — Bernhardi.
4ten — Ulrich — Kreysser
~~5ten — Klütze — Mehring~~
6ten — Thoden — Wolke.
7ten — Bernhardi — Klütze
8ten — Kreysser — Maciejowski.
9ten — Mehring — Ulrich

Interpretat. —
Wolke
Klütze
Maciejowski
Ulrich.
etc.

Abhandl.
1sten Wolke d. 10. Octobr
2ten ~~Ulrich~~ Klütze d. 17 Novembr
3ten Maciejowski d. 1. December.

Zum Interpretat c. 39. p. 72. ed Spalding
Oratio Demosth. in Midiam.

Excerpta e Gramat. Latinis

Aestimata poena ab antiquis ab aere dicta est. qui eam aestimaverunt aere: ovem decussi, bovem centussi, hoc est decem et centum assibus. Festus. p. 247.

Peregrinus ager est, qui neque Romanus, neque hostilis habetur. Fest. 262.

Consponsos antiqui dicebant fide mutua colligatos. Festus 272.

multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant, ut hostis nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur Varro. 3.

Qui spoponderat filiam Despondisse dicebatur: quod de sponte eius, id est, voluntate exierat. Non enim si volebat, dabat, quod sponsu erat alligatus. Nam in comoediis vides dici, Sponden' tuam gnatam filio uxorem meo? quod tum et praetorium ius ad legem, et censorium ius ad aequum aestimabatur. Varro. p. 41.

Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius in L. II. de officio iuris consulti, nomina certa, nominib. propriis pronunciata. cum nexum faciet ~~faciet~~, mancipiumque uti lingua nuncupasset, ita ius esto. —— At Santra L. II. de verbor. antiquit. satis multis nuncupata colligit non de recto nominata significare, sed promissa, et quasi testificata, circumscripta, receptaque. etiam in votis nuncupandis esse convenientius. Festus p. 132.

Reus nunc dicitur, qui causam dicit: et item qui quid promisit spopondive ac debet. at Gallus Aelius li. II. significat. verbor. quae ad ius pertinet ait. Reus est qui cum altero litem contestatam habet, sive is egit, sive cum eo actum est. Reus stipulando enim idem qui stipulator dicitur, quippe suo nomine ab altero quid. ~~[illegible]~~ populat (stipulat.) est, non is qui alteri adstipulatus est. Festus p. 186.

Status dies vocatur qui iudicii causa est constitutus cum peregrino eius enim generis ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari iure cum populo R. atque hostire ponebatur pro aequare. Festus 194. A. p. 198. Am. Marcellinus p. 488. hostimentum

Spondere antea ponebatur pro dicere, unde et respondere adhuc manet, sed postea usurpari coeptum est etiam in promissione alterius Fest. p. 210.

Nexum aes. p. 334.

Spondere ponebatur pro dicere, unde et respondere adhuc manet, sed postea usurpari coeptum est in promisso. Festus 444.

Expendisse tractum est a pecunia. Nam apud maiores, pecuniarias poenas constat fuisse, cum adhuc rudi aere pecunia ponderaretur, quod ad capitis poenam de iure usurpatum est. An quia utriusque rei debitor reus dicitur, quis ante hunc expendisse pro luisse? Servius ad Virgil. Aeneid II. 229.

Veteres hostem pro hospite dictum accipiunt. — Inde nostri hostes, pro hospitibus dixerunt, nam inimici perduelles vocabant. id ad IV. 424.

de Sponsionib. Plaut. II. sc. 2. v. 25. 99.

Lex Laetoria vetabat filium familias minorem XXV. annis, stipulari, id est, ἐπερωτᾶσθαι ut ait Priscianus lib. 8. et 18. sive stipulanti respondere, aut spondendo obligari cf. Lips Comment. in Tacit. lib XI. et Fr. Hotom. Indicem Leg. Rom.

Brissonius Antiquit. lib. III. c. 2.

Quas sponsione pronuper tu exactus es. id i. e. pecunias Plaut. Trin. II. 4. 26.

Cicero partit. c. 37. Scriptorum privatum aliud est, publicum aliud: publi~~cum~~, lex, SCtum, foedus, privatum, tabulae, pactum conventum, stipulatio. Quae autem scripta non sunt, ea aut consuetudine aut conventis hominum, aut quasi consensu hominum observantur.

Primam igitur institutionem adeoque ipsam originem non inspiciamus, a quibus scilicet populis contractuum quisque in mores venerit, sed ipsas praeterea gentium communem approbationem et consensum. Et in aliis quidem contractibus (quos eiusdem apud omnes gentes potestatis esse, probabile non est) haec quoque observanda sunt. Nam et Ulpian. hoc nos iure uti scribit ~~[illegible]~~ ut iuris gent., quam tamen constat ex ritu et solennitate populi Romani primum usitatam fuisse, ut etiam de stipulatione dici potest.

Lud Charondas ad fr. 5. D. 1. 1. Thes. Ott. 1. p. 685

Nam iure civili, ac populi Romani legibus, certi obligat. tollendarum modi comparati sunt, ut solutio, stipulatio, acceptilatio, novatio. cf. Inst. titulus Quib. mod. toll. oblig. l. Obligat. 44. D. de Obligat. et act. ibid p. 69

adeo pravo consilio, et falsa opinione, (furoremne potius vel amentiam dicam? ~~hoc~~) imbuti sint, ut ~~ineptum nostrae aetati esse ... latine qui Latino sermone de Jurisprudentia~~ Romano sermone, Jurisprudentiam Romanam illustrare, ineptum aetati nostrae esse credant. L Quam aliena haec de re Cujacius, Brissonius aliique nostrae disciplinae heroes, ‡ quorum ~~nostrates~~ vestigia premere, ~~volunt~~, eorumque ~~discipulos appell~~ successores appellari volunt! ~~Quam pravae opinionem~~ Quod pravissimum consilium L ~~ut familiae nostrae fatalibus~~ ~~I ne latius~~ quam ~~ci~~ procul ut absit, quis non Litterarum, solidiorisque doctrinae amore vere captus, meum non optaverit?

‡ ~~Ego autem illos ipsos laudo idque merito~~, quorum se isti imitatores esse dicunt, etsi in eis multum ~~aliquid~~ desidero: hos vero minime, qui nihil illorum nisi vitium sequuntur, cum a bonis absint longissime.

Ciceronis Orator. 51.

Nec quaero, quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum, non esse unum eloquentiae vultum, sed in illis quoque, quos vocatis antiquos, plures species deprehendi: nec statim deterius esse, quod diversum est, vitio autem malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio esse.

De Corr. Eloq. 18.

L Quam aliena haec de re veteribus illis ~~in discipl~~ mens erat, quorum se isti ~~imitatores esse dicant~~, etsi a ~~bonis~~ ~~his~~ viris absint longissime, imitatores esse volunt, successoresque eorum appellari non erubescunt! Et illa vota sunt, quae a me ~~praesentibus~~ saepius professa sunt, attamen quis ~~studiorum antiquitatis~~ literarum antiquarum amore captus ea ut alii vota fuerint, meum non optaret?

+

~~Cum~~

~~Ex omnibus Ciceronianis scriptis, eos libros qui Topicorum nomine inscribuntur a studiosis antiquarum Literarum rarissime legantur~~ ~~videmus~~ ~~nemini lectore puto.~~ ~~Opere pretium itaque facturus esse videmur, si de dignitate tum ipsorum librorum, tum lectionis eorum utilitate~~ ~~in hac commentatiuncula~~ ~~paucis disseramus. Mirabere sane lecturus,~~ ~~dignitate~~ ~~et~~ ~~illos~~ ~~videamus,~~ ~~haud~~ ~~opere pretium fuisse~~ ~~dignitate~~ ~~dissoluta~~ ~~hac negligentia~~ commoti, de dignitate tum ipsorum librorum, tum lectionis eorum utilitate paucis disseramus ~~nobis proposuimus~~.

Opere pretium facturi esse putamus, si

§.

Sententiam ~~~~ principes familiae nostrae viri addictos esse scio, neque ipse ab ~~~~ opinione eorum ~~dissideo~~ dissideo, cum ~~~~ id ipsum verisimillimum esse credam, ~~~~ ab eorum sententia argumentis, rem firmandam aggredior. Ne autem verba nostra prolixa esse fiant, haud eas solum leges moribus introductas esse dico, quae ex ingenio naturaque populi Romani primordia cepere, ut nexus similesque huic justitutii leges, verum et eas ~~hac~~ nomine moribus introductarum legum designandas esse censeo, quae cum in jure Gentium originem haberent, a Romanis adaptata, certisque formulis adstrictae essent.† Hinc ~~factum~~ evenit, ut licet idem nomen contractibus inesset, varium tamen jus, variusque ~~~~ effectus et indoles obligationis eveniret. ~~Quapropter~~ His ~~itaque et aliis~~ rationibus motus contendere ausim, ut duplex ~~civium~~ genus civium in re publica Romana erat, duplicem quoque verbalem contractum fuisse, ita quidem, ut alia stipulatio juris Gentium, alia juris Civilis esset. Idem de modis eas obligationes dissolvendi dicendum.

† Contraria huic opinioni Gothofr. ad. c. 13. C. de [illegible] habet.

Nam si duplex genus stipulationum concedimus, ~~duplex duplex~~ duplicem speciem ~~quoque~~ Acceptilationum fuisse, necesse est ut credamus. In nostro quidem Juris Corpore simplex Acceptilatio (juris gentium puta) occurrit, de qua ita Ulpianus loquitur, ut facillime ad eam opinionem perduci possis, unicam solum speciem (juris civilis puta) fuisse, eamque ideo postremo extensam ~~esse, ut diss~~ juris que Gentium factam esse, ut obligationibus dissolvendis succurreretur. a) fr. 47. de Obl. et act. (44.7.)* Sed ne id credas fragmentum ex legis Cisalpinae supra a nobis laudatum vetat. In qua cum stipulationis inter peregrinos factae mentio occurrat, hique ~~jus~~ proprio ~~a Civili jure~~ et a Civili alieno jure ~~censes~~ judicentur (Varro. de L.L. lib. 3. Festus 194. 198. Marcellinus p. 485. ed. Godofr.*) huc adducimur, ut Acceptilationem juris gentium, plane alienam a juris civilis ejusdem nominis contractu fuisse credamus.

* Cicero in Verrem II. 13.

* a) ideo et acceptil. ~~cum~~ fr. 5. de Acceptil. cum Solutione fr. 7. §. 1. de liber. legat. ~~et~~ ~~[illegible]~~ fr. 54. de Solut.

§.

~~Acceptilatio~~ Hinc autem quaestio oriri potest, cum Ulpianus hoc jus suo tempore valuisse dicat ut ~~stipulatio~~ [acceptil.] juris gentium sit, num de juris civilis vel juris Gentium acceptilatione loquatur? De jure civili acceptil. JCtum nostrum loqui putamus, ~~ideo quod~~ [id ante] hac ratione moti contendimus, quod JCti nunquam quondam jus suis temporibus valere loqui ~~conf~~ soleant, nisi cum res ambigua usuque forensi determinata sit. Cum autem ~~supra~~ Ulpianus libro 45. tit. 1. 99. de Stipulatione Civili dissereret, necessarium erat, ut quibus modis dissolvi posse, exponeret. Ait itaque Civilem obligationem nisi ~~civili~~ contractu juris civilis, obligationibus dissolvendis constituto dissolvi posse. Addit tamen, hoc ius suo tempore in valuisse (cf. Davides Cappelen Hauthii

Dissert. de Rescript. princ. Roman. in Rebus Diss. Jurid. in Acad. Belg. Tomo II. p. 321.) ut juris gentium contractu, ~~stricti~~ obligatio stricti juris dissolvi possit. Is contractus autem ejus generis fuerat, ut si formam externam spectaveris nullo modo ab obligationibus stricti juris discernatur. Quod ipsis argumentis ex Jure Civili petitis, in stitutaque inter Stipulationem Acceptilationemque Comparatione, comprobare licet.

Assiduus vindex etc.

cf. fr. 5. §. 1. D. ne quis eum, qui etc.

Voluere itaque Decemviri hoc capite, jure vadim. pares facere cives et peregrinos. Theod. Marcilius Ott. Thes. IV. p. 133.

cf. l. 2. §. Si quis judicio 3. D. si quis caut.

Vagari sive citari testem voluere Decemviri, domo extrahi noluere cf. l. 4 §. 5. D. de damn. inf. l. 103 D. de R. J. l. 21. D. de in jus voc. et apud Tab. 8. lib. 7.

de assiduo cf. Gaius ad l. 234. de V. S. Varro apud Marcellinum v. Proletarii: Quibus erant pecuniae satis, locupletes, assiduos: contrarios proletarios. Tab. 10. lib. 5. Testes justum vadem, idoneum sponsorem. idem v. Vindex

quiquis positum ἀρχαϊκῶς pro quisquis

Sponsio appellatur non solum quae per sponsus interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque. Paulus fr. 7. de V. S.
Solutio acceptil. comparatur. l. 5. de acceptil. fr. 7. §. 1. de liber. legat.

In iis aleis quae virtutis caussa fiunt sponsione ~~se obstringi~~ ~~an~~ inire concessum est. l. 2. et. 3. D. de aleat. Sponsio id quod Adjud. Cicero pro Quint. 9. Sponsionem facere maluit, fecit: Te judicem C. Aquili, sumpsit: ex sponso egit. Ascon. Ped. in 3. Verr. c. 45. Rursus sponsione (loquitur de vindiciarum lite) ipse provocatur ab adversario certae pecuniae, aut aestimationis, quam amittat, ni sua sit hereditas, de qua contendit. ibid p. 693. idem.

Stipulationis et sponsionis verba variant fr. 5. §. 1. D. de V. obl.

Quando et cur Praetores edicta sua antequam magistratum inirent edicere ~~semper~~ consueverint, docet Dio Cassius libro 36. Ascon in Orat. pro Cornelio.

Contrahentibus invicem sese in pretio circumscribere permissum. Ott. Thes. II. p. 300.

Qui est apud hostes, heres institui potest. ibid. p. 354.

De ratione et caussa patriae potestat. ibid p. 366.

Desiderius Heraldus (Ott. Thes. II. p. 1360.) putat eas res solum quae usui bellico essent postliminio ad dominos reverti posse quare ~~et~~ Pompon. l. 9. de leg. I. et Labeonem fr. 22. §. ult. famil. ercisc. de iis solum rebus loqui putat, quas supra memoravimus. Nec obstare sententiae suae Livium verba, qui hostibus caesis Consules Romanos ad dominos reverti res curas saepius commemoret, quia res nondum in Quaestas seu Quaestoris deductae ab hostibus erant, nondum itaque ab ~~iis~~ illis occupatae, ~~an~~ quod l. Pomponius 44. D. de adquir rer. dom. probare videtur. Idem ? (9)

Laudes Jurispud. Orat. Hier. Oleni Batensis ibid p. 1398.

Regulae juris civilis carmine ibid 1458. idem

Artem esse in iure, jusque apud omnes populos idem esse autore Joan. Mercier ibid 1554.

Idem autor Mercier Ciceronis topicor. Cassid. vind. — ~~[illegible]~~ cum lexo, de Aelio Sext qui et quibus ex caussis l. qui solvendo 42. l. si is qui 55. l. si non 83. D. de hered instit. Sed Sext. Ael. et Cajus sunt a quibus legem illam latam esse testatur Dio lib. 55. anno U. C. 755. vel 45. post mortem Ciceronem. Is autem Aelius qui hic significatur is fuit, qui tripartita in duodecim Tabulas conscripsit fr. 2. D. de Orig. Jur.

de quo Cicero in Orat. 45. & de Oratore I. 56. s. f.

hereditatis definit in Topicis Cicero. idem ibid p. 1600. totum locum van Lynden excerpsit.

Menier l. c. p. 1624. leges XII. Tab. supplendas esse putat ex Pauli libr. III. ad Edict. Stipulationem viae, itineris et actus non dividi per legem XII. Tab. contraque dividi obligat. pecuniae sub poena promissae. cf. l. heredes 25. §. an hae stipulat. 9. D. famil. hercisc. — (Pendus loco in Caij lib. ad Edictum septimo l. 1. D. famil. herc.) Et ita putat restitui posse Stipulationum autem viae, itineris, actus, et ceterar. id genus servitut, divisio ne esto: Esto earum quibus pecunia sub poena promissa est. cf. l. Ea quae 6. Cod. famil. hercisc.

cf. Ulpianus l. 2. de sponsal. cf. Alex. Neapol. lib. genial. dier. 2. c. 5.

Asconius in Ciceron. Verr. II. c. 7. Accusatores sive Delatores criminum publicorum sub poena Quadrupli: sive, quod ipsi ex bonis damnatorum, quos accusaverant, Quartam partem assequebantur.

ακκεπτιλατιων. ~~ἐστι~~ εἰκονικὴ πεῖσις, ἡ καταβολὴ γέγραπται ῥητικοῖς γινομένη, ἡ τις διαλύει τὴν τῆς βέβαιας ἐνοχὴν (cf. Briss. h. v.) Thes. Jur. III. 1710.

Initium fuisse recessionis dicitur Verginius quidam, qui cum animadvertisset Ap. Claud. contra jus, quod ipse ex vetere jure in XII. Tab. transtulerat etc. Pomponius fr. 2. §. 24. D. de O. J.

Duo etiam Aelii consules fuerunt. Pompon. ibid.

In ius vocatus et satis det. π. titulus et fr. 5. §. ult. D. qui satisd. cog.

~~Effusum~~ De solutis nexu l. 48. D. de V. S. l. 4. §. 1. D. si quis caut.

Ad Liv. III. 46. cf. l. 2. §. 24. D. de O. J. cf. et l. 24. §. 1. D. de lib. causa l. ult. C. quib. ad libert. proclam. non licet l. ult. C. de ord. cognit. §. 13. Just. de actionib.

De Trinoctio cf. Gell. III. 2. Saturnal. Macrob. I. 3. cf. Plaut. Amphitr. sc. II. v. 26. Alcmenam vocans Jovis uxorem usurariam. Peracta usucapione uxor illa mater fam. vocabatur Gell. VI. 18. Cicero itaque docet, Tull. pro Flacco. Valerio 34. in manum viri uxores convenire sive matres fam. fieri, aut usu aut coemtione. Omittit ~~[illegible]~~

confarreat. quia flaminiarum propria illa.
uxor non usucapta non concubina l. penult. D. Concub. Paulus Sent.
XX. 2. cf. Theod. Marcillus ibid. p. 253.

Divortium repud. ex lege XII. Tab. fieri debuit Cicero Anton II. 28. Mulier quaerere fugi factus est; mimam illam suas sibi res habere jussit ex XII. Tab. claves ademit, foras exegit. cf. l. penult. C. ad L. Jul. de adult. l. 2. §. 1. D. de Divort.

praetor in XII. Tab. significat consulem. cf. Theod. Marcilus c. 11. p. Ott. Thes. IV. p. 240.

In decis tabulis lex erat, ne connubium plebi esset cum patribus cf. Dionys lib. X. in f.

Societas vitae quodam modo dominam uxorem facit. Paulus l. 1. D. rer. amotar.

Lex XII. de usurpatione uxoris non sponsam intelligit, nam et adversus socerum jure agi poterat sponsus l. 2. D. de lib. exhib.

De tutelis mulier. ad Cic. Top. cf. Jacob Constantinus Ott Thes. IV. p. 492.

de sponsionib. cf. Bulengerus de Circo c. 46. de Sacramento et sponsione Vetus P. Pithoeus Advers. subsecir. II. c. 18.

Sallust. Jugurth. 79. Per inducias sponsionem faciunt, ubi certo die legati domo proficiscerentur; quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur.

partem conventum stipulat. quandoque signif. l. cum dos. 7. D. de pact. dot.

de stipendio cf. l. 27. D. de V. S.

l. 24. D. de mort. caus. donat. tamque acceptil. interveniente abitum ab iure pristinae obligationis, eamque in huius condictionis transfusam.

Scipio Gentil. Vossiana stipul. ~~definit~~ etymolog. adsentit, ita quidem ut et ad Isidorianam paulatim conversus ex Plinio memoret qui adfirmaverit in nobili campo tantam firmitatem crassitudinemque fuisse, ut iis vice in Liborino Campa- legni uterentur. Thes. Ott. IV. p. 1388.

Romani jam multis plebiscitis foenus inhibuerunt, ut gravior multa foeneratori quam furi infligeretur. Teste M. Cato in praef. de Re Rust. dicitur.
Qui, cum posset, ab hostib. non redit, pro transfuga habetur l. 5. §. 5. D. de Re militari.
De Sponsionib. cf. Valer. Max. II.
De Trebatio J.Cto. cf. Ottoa. Thes. V. p. 1513.
de Servio Sulpicio ibid. 1555.
(cf. l. 19. D. de V. S. l. 9. §. 3. D. de R. Cred. l. 3. §. 11. D. de Peccul. l. 52. l. 83. pr. D. de V. O.)
Everardus Otto V. Thes. p. 1601. putat jus sponsalia stipulatione ineundi Latinis solum in usu fuisse, sed anno DCLXIII. universo Latio lege Julia civitate concessa, jus sponsalitium urbanum cum Latinis fuit communicatum; ne ex sponsa ageretur. Anastas. German. lib. II Animadvers. 7. urget. moris fuisse veteribus l. 2. D. de Sponsal. Sed Alb. Gentilis lib. II. de Nupt. c. 2. veterum exponit Latinos ut Sigonius de Antiquo Ital. Jure I. 4. Nec novum est, ut alio jure Latii municipia, alio Romani uterentur, uti ex Cicerone pro Balbo c. 8. Cluent. c. 15. constat. cf. Perizonius in diss. de lege Voconia Conradinus lib. I. c. 10. de Vet. Jure Latii (De Sponsal. apud Att. cf. Pollux III. 3. Meursius lib. II. Them. Att. 31. Pausan IV. c. 9.)
Tautologia stipulari stipulationem l. 3. §. 1. judic. solo.
Proclivores esse debemus ad liberandum quam obligandum l. 47. D. de Obl. et act. (44. 7.)
Apud veteres licebat non solum jure Romano sed et jure civit. agi. Ciceronius in Verr. II. 13.
Verba hoc jure utimur notant exceptionem a communi regula cf. l. 4. de V. et Pup. subst. (XXVIII. 6.) pr. 7. §. 16. quib. ex caus. (42. 4.) pr. 10. §. 1. quae in fraud. cred. (42. 8.) c. 8. C. pr. ad leg. Jul. Majest. (9. 8.) cf. Noodt. Probb. 3. Plurima huc pertinent. invenies in Dissert. Davidis Cappelen Hanthii de Mesipis juris Romanor. Lugd. Batav. 1709. (Oelrichs Diss. Jurid. in acad. Belg. T. II.)

†p. 321.

In M. T. Ciceronis Topica

Animadversiones quaedam proponuntur

a

W. A. Maciejowski.

§. I.

Topicorum Aristoteleorum et Ciceronianorum Comparatio. Qua ratione Topica sua conscribenda Cicero aggressus [sit] ~~fuerit~~, disputatur.

Antiquos populos plane [alia] ~~aliena~~ ratione [atque] ea, qua hodie utimur, res publicas ~~suas~~ gubernasse, inter omnes constat. Cum enim apud Graecos Romanosque universi rei publicae cives tanquam unius familiae partes eodem iure uterentur, nec deteriore loco, si dignitatem ac sacrosanctam populi maiestatem spectaveris, haberentur, fieri non potuit, quin et infimae classis cives, iisdem emolumentis quibus spectatissimi rei publicae viri utebantur, [gauderent] ~~gavisi essent~~, ~~nec minus sancte eodemque ac illi honore afficerentur~~. Jam id, quantum ad universae civitatis statum [bonis artibus augendum] ~~recte promovendum~~ valuerit, nemini dubium esse potest. Ipsa enim res testis est, quemlibet licet tenuissimae conditionis civem in eo adlaborasse, ut non solum ea instituta quibus partum et auctum imperium fuisset incolumia remanerent, verum et iura quibus haec fulcirentur ac niterentur, sibi posterisque suis intacta imminutaque [essent] ~~forent~~. Hinc factum est, ut non solum lubentissime quisque de his rebus, quae ad rei publicae statum augendum promovendumque

+ Id maxime ἰσονομίην et ἰσηγορίην spectat ~~Herodot~~ [Herodot.] 5. 37. 78. Neque id aliter fieri poterat cum, cum ~~ea~~ [illegible] δημοκρατίας [sua antiqua] ea forma rem publicam gubernarent, quam maxime amabant. Praeclare haec de re Aristot. [Politicor. lib. IV. c. 4 sec. Schneideri] disserit: δημοκρατία μὲν οὖν ἐστὶ πρώτη ἡ λεγομένη μάλιστα κατὰ τὸ ἴσον. ἴσον γάρ φησιν ὁ νόμος ὁ τῆς τοιαύτης δημοκρατίας, τὸ μηδὲν μᾶλλον ὑπερέχειν τοὺς ἀπόρους ἢ τοὺς εὐπόρους, μηδὲ κυρίους εἶναι ὁποτερουσοῦν, ἀλλ' ὁμοίους ἀμφοτέρους. εἴπερ γὰρ ἐλευθερία μάλιστ' ἐστὶν ἐν δημοκρατίᾳ, καθάπερ ὑπολαμβάνουσί τινες, καὶ ἰσότης, οὕτως ἂν εἴη μάλιστα, κοινωνούντων ἁπάντων μάλιστα τῆς πολιτείας ὁμοίως. ἐπεὶ δὲ πλεῖον ὁ δῆμος, κύριον δὲ τὸ δόξαν τοῖς πλείοσιν, ἀνάγκη δημοκρατίαν εἶναι ταύτην. Plurima εἴδη rerum publicarum quae ab Aristotele l. c. recensentur, ~~et [illegible]~~ [illegible] opinionem nostram minime adtinent, afferre lubet.

3, ἓν μὲν οὖν εἶδος δημοκρατίας τοῦτο. Ἄλλο δὲ τὸ τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τιμημάτων εἶναι, [illegible] δὲ τούτων ὄντων. δεῖ δὲ τῷ κτωμένῳ ἐξουσίαν εἶναι μετέχειν, καὶ τὸν ἀποβάλλοντα μὴ μετέχειν. ἕτερον εἶδος, ὅσοι ἀνυπεύθυνοι, ἄρχειν δὲ τὸν νόμον. ἕτερον δ' εἶδος δημοκρατίας, τὸ πᾶσι μετεῖναι τῶν ἀρχῶν, ἐὰν μόνον ᾖ πολίτης.

pertinerent, loqueretur, verum adeo in deliciis eas haberet, ut omnibus dictis scriptisve mentionem earum immisceret. Nec desunt exempla, eaque gravissima ad ~~opinionem~~ sententiam nostram comprobandam; quemcunque enim Romanorum scriptorum, sive is poetica sive solutae orationis auctor est, evolvas, ubicunque argumenta opinioni meae fulciendae idonea superererunt.

Ex omnibus tamen Ciceroniana scripta in primis sunt, ad quae veluti assiduos testes provocamus, praecipue vero illa, quae Topicorum nomine inscribuntur. Propositum enim nobis est, cum ea a studiosis antiq~~uae~~uarum Liter~~ae~~arum rarissime legi videamus, de dignitate tum ipsorum librorum, tum lectionis eorum utilitate, pauca disserere. Mir~~aris~~ere sane, et dissolutae huius negligentiae causas requires. Quas, ~~etsi~~ licet plurimas esse sciamus, nonnullas tantum easque potissimas ~~prolaturi sumus~~ proferre juvabit.

Inter praecipuas causas, quod Topica Ciceroniana rarissime legantur, ~~haec~~ sane eaque potissima est, quod breviusculus liber haud lectu dignus plurimis videatur. Altera vero, minus haec gravior ~~nec illa deterior~~, quod ad lectionem illius his tantum via pateat, qui non solum in Antiquitatibus

Romanis recte versati sint, verum qui assidua opera jus civile tracta~~verint~~. Accedit ~~etiam~~, quod plurimos qui sese cordato animo lectioni Topicorum Tullianorum applic~~averint~~ent ~~uissent~~, obscuritates, quas Cicero explicaturum se Trebatio promittit, absterreant, librumque juris argutias, ut vulgi opinio est, continentem, abjiciant. Longa mora est, si omnes difficultates, quae lectioni pulcherrimi libri impedimento sint, enumerare velim ~~vellem~~; cum etiam ejus ingenii homines esse sciam ~~novi~~, qui potius Aristotelicos ejusdem nominis libros e quibus Ciceroniana Topica fluxisse aiunt, legere malint, quam in hisce juris civilis ambagibus versari. Quam licet falsam, inveteratam tamen opinionem, cui et ill. Buhle nostris temporibus ~~dederat~~ dederat nomen a), pro virili parte, ingeniique nostri modulo refutare conabimur. Persuasum enim nobis est, Ciceroniana Topica haud ad Aristotelicos ejusdem generis libros, veluti fontes, referenda esse, immo credimus, in conscribendo opusculo suo Stagiritam philosophum ?

---

a) de distributione librorum Aristotelis in Exotericos et Acroamaticos. Goettingae 1786. p. 62: "Ex libris Aristotelis dia-
"lecticis Topica iam propterea digna videri possunt, quae
"studiosius legantur, quod Cicero in Topicis suis, in usum Tre-
"batii, quem librorum Aristotelicorum obscuritas ab ipsorum
"lectione reiecerat, conscriptis, summa eorum capita latine
"explicuit." Quam opinionem licet falsissima sit, Fr. God. van Lynden sequi non dubitaverat p. 2.3. opusculi infra citandi.

Ciceronem imitari vel noluisse, vel non potuisse. Noluit enim omnes artis dialecticae formas percurrere, cum perfunctorie solum id quod rogatus erat, tractare suscepisset. Non potuit autem, nam haec omnia homini in his rebus peregrino tradituras fuerat. ~~Et recte quidem. Absurdum enim, esset, surdis auribus, nec ad ea quae traditurus erat percipienda praeparatis, haec praedicare velle.~~

Priusquam comparationem utriusque Topicorum libri, Aristotelici et Ciceroniani puta, faciamus, dissensio illa vetus, quae dudum viros doctos torserat, utrumne Aristotelici libri quos hodie legimus, an alii quos desideramus, fontes sint, e quibus Ciceroniana Topica fluxerant, recoquenda est.

Primum autem Patricium, dialecticae disciplinae olim studiosissimum fuisse, qui rixam hanc inter Viros doctos ea ratione moveret, ut ostenderet, Ciceronis aetate alia Topicorum Aristotelicorum exemplaria exstitisse, res notissima est.a) Cui opponi ut nomen profiteretur, hoc in primis motum fuisse ait, quod ipse Aristoteles libro I. priorum Analyticorum c. 1. et libro I. Rhetoricorum c. 2. locos tales e Topicorum suorum

a) Patricii disc. peripat. T. 1. l. 3. p. 22.

libris alleget, qui in iis, quos nunc habemus, nusquam reperiantur. Putat itaque vir celeberrimus libros hos spurios, eosque potius Theophrasto vel Eudemo adiudicandos esse. In quem, sententiam hanc proferentem, nimius quam decuit Fabricius a) invectus esse. Nos autem, cum nihil altercationes hae virorum doctorum adtineant, id solum commemorasse sufficiat, Topica Aristotelis, a Ciceronianis ejusdem nominis libris, quam maxime distare, inutilem itaque de hisce rebus disputationem supra commemoratam esse. Stagiritam enim philosophum omnia Communia loca (τόπους) tam dialecticae quam rhetoricae arti apta, Ciceronem vero ea solum, quae ad Jurisprudentiam faciunt tradidisse, demonstrare aggredimur. Unde apparebit, longe aliud Aristoteli quam Ciceroni in conscribendis Topicis consilium fuisse, nihilque aliud utrumque librum commune, praeter nomen et formam habere.

Habes opinionem nostram paucis expositam; quae cum a communi sententia quam maxime distet, plurimos mihi adversarios substitutos, haud dubito. Utcunque sit, sententiam nostram sequentibus argumentis firmare suscepimus.

Omnium primum urgent adversarii ipsa Ciceronis verba, quibus in praefatione libelli C. Trebatium

a) Bibliotheca Graeca III. 6. p. 115.

Testam J. Ctum alloquitur: a) „Cum — — mecum in „Tusculano esses, et in bibliotheca separatim uterque „nostrum ad suum studium libellos, quos vellet, evol„veret, incidisti in Aristotelis Topica quaedam, quae „sunt ab illo pluribus libris explicata. Qua inscri„ptione commotus, continuo a me eorum librorum „sententiam requisivisti. Quam tibi cum exposuis„sem — — — verecunde tu quidem ut omnia, — „— mecum, ut tibi illa traderem, egisti." Ex quibus verbis sua sponte fluere, Buhlius cum D. G. van Lyndenio b) putant, Ciceronem hac ratione librum Topicorum scribendum aggressum fuisse, ut Aristotelicos libros, in usum Trebatii explicaret. Nos autem plane aliena haec verba dicere, putamus. Verbum enim tradere si ingenium atque indolem linguae Latinae spectaveris, idem quod verbum docere vel scientia aliqua imbui significat. Nihil itaque Cicero hoc verbo dici vult, quam se ea ex Aristotelis libris sumpturum, c) quae ad rectam cognitionem locorum

---

a) Topicor. §. 1.

b) Buhlii opinionem supra exposuimus. Lyndenius (in Juris prud. Ciceron. Lugd. Bat. 1805.) p. 2. inquit: "Sed scripta Aristotelis aliter se habent. Horum pleraque, Esoterica in primis, „quum non adeo essent popularia, sed abscondito magis e genere „philosophandi, factum est, ut non ita facile ab omnibus percipe„rentur, et magis interpretis lucem postularent, quam imitato„rum frequentia florerent. Quo interpretis officio, quum in hoc „item libro Topicorum, quem nobis commentandi sumsimus argu„mentum, Cicero est functus." —

c) Quid sibi hoc verbum velit, ~~supra~~ infra exponemus.

tam inveniendorum quam iudicandorum, pertineant. Philosophiae enim studium, cuius dialectica praecipua pars est, cum Ciceroniana aetate nondum inter J. Ctos frequens esset a) vel singularibus tantum nota b) [quippe plurimi formularia solum Jurisprudentia ? esset, et in his potissimum haererent, quae ad componendas actiones spectarent c)] fieri non potuit quin Trebatius Stoicorum sectae addictus d) ~~studii huius~~ dialecticae artis rectam cogni-

a) Cicero Quaest. Tusc. I. 3. Philosophia iacuit usque ad hanc aetatem, nec ullum habuit lumen literarum latinarum, quae illustranda et excitanda nobis est, ut, si occupati profuimus aliquid civibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi. Ait itaque ad suum usque tempus popularibus suis philosophiae studium ignotum fuisse; si autem omnibus et J. Ctis certe.

b) ut Servio Sulpicio, de quo Cicero in Bruto c. 41. Non enim facile quem dixerim plus studii et ad dicendum et ad omnes bonarum ~~artium~~ rerum disciplinas adhibuisse — — malebat — — longe omnium non eiusdem modo aetatis, sed eorum etiam, qui fuissent, in iure civili esse princeps. Hic Brutus, Ain tu? etiamne Q. Scaevolae Servium anteponis? Sic enim, inquam, Brute, existimo, iuris civilis magnum usum et apud Scaevolam et apud multos fuisse, artem in hoc uno. Quod nunquam effecisset ipsius iuris scientia, nisi eam praeterea didicisset artem, quae doceret rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera et falsa iudicarentur, et quae quibus positis essent, quaeque non essent consequentia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam, quasi lucem, ad ea, quae confuse ab aliis aut respondebantur aut agebantur — — sed adiunxit etiam et literarum scientiam et loquendi elegantiam, quae ex scriptis eius, quorum similia nulla sunt, facillime perspici potest. cf. Ottonis Thes. J. C. Tom. V. p. 1555.

[Topicor. § 1. Epicureum fuisse Lyndenius putat l. c. p. 10. testimonio Ciceronianam epist. ad Famil. VII. 12. adferens, sed non animadvertit, ioco hoc a Tullio dicta esse.]

c) cf. Cicero in Oratione pro Murena.

d) Quorum negligentiam doctrinae de locis inveniendis Cicero increpat [

tionem haberet. Quapropter nescio quid van Lyndenio locum hunc torquenti in mentem venerit, ut affirmaret, omnia quaecunque Cicero de Jurisprudentia Civili conscripsisset e Graecis fontibus fluxisse. a) Nec hoc contentus eo usque progressus est, ut Esotericis Aristotelis scriptis Topica adnumeraret. Recte enim, opinor, vir optimus novit, si id lectoribus non persuaserit, neque id persuasum a se iri, Trebatium adeo ingenuarum artium expertem fuisse, ut ea quae facillima intellectu praedicarentur, non intelligeret. Quod si contrarium a se demonstratum iri putavit, quemlibet facile cogniturum, id aliter fieri non potuisse, quin dialecticarum argutiarum homo rudis, opem alienam imploraverit, ut quae ignorabat sibi explicarentur. Sed haec absurde excogitata, absurdius dicta sunt. Jam enim dudum ill. Buhle ostendit, Aristotelicos Topicorum libros, non Esotericis sed Acroamaticis adnumerandos esse, cum haud difficiles intellectu sint. b) Quocum Simplicius c) quem ill. Buhle in auxilium haud vocavit, convenit, ait enim: δῆλον δὲ καὶ ἐξ ὧν, ἐν οἷς ἐβουλήθη, σαφέστατα ἐδίδαξεν, ὡς ἐν τοῖς μετεώροις καὶ τοῖς τοπικοῖς.

Alius locus ab interpretibus Ciceronianorum Topicorum nobis obtruditur, in quo legitur, Trebatium a lectione Topicorum obscuritate rejectum fuisse, quapropter ipsam

a) l. c. p. 2.
b) l. c. p. 64.
c) in Prolegom. Comment. ad Aristotel. Categorias, citatus a Fabricio l. l. lib. III. p. 15.

rationem

id postulasse aiunt, ut Tullius selectis quæ obscurissima Trebatio viderentur, luculentius vel, ut planius dicam, crassa Minerva, homini illiterato exponeret. Sed ne hoc argumento mihi persuadebunt, quin ab opinione mea recedam. Quis enim, qui universa Aristotelis Topica perlegerit, eaque cum Ciceronianis comparaverit, ullam affinitatem inter utrumque librum invenit? Cum Aristotelem de locis quibuscunque inveniendis tractantem, Ciceronem vero nunquam se nisi necessario ab illis locis discessurum, quæ ad interpretationem juridicam valeant, affirmantem videamus? a) Neque enim quidquam Aristoteles cum rebus juridicis commune habuit, neque de jure publico privatoque differendo somniavit, idque solum assequi conabatur, ut locorum inveniendorum cuicunque dialecticæ disciplinæ aptorum viam praeiret. b) Quod ipsis Aristotelis verbis comprobare licet: εἴδη μὲν οὖν τῶν συλλογισμῶν ὡς τύπῳ περιλαβεῖν ἔστω τὰ εἰρημένα. Huiusque rationem addit: καθόλου δ᾽ εἰπεῖν περὶ πάντων τῶν εἰρημένων, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων, ἐπὶ τοσοῦτον διωρίσθω· διότι περὶ οὐδενὸς αὐτῶν τὸν ἀκριβῆ λόγον ἀποδοῦναι προαιρούμεθα, ἀλλ᾽ ὅσον τύπῳ περὶ αὐτῶν βουλόμεθα διελθεῖν· παντελῶς ἡγούμενοι ἱκανὸν κατὰ τὴν προκειμένην μέθοδον τὸ δύνασθαι γνωρίζειν ὁπωσοῦν ἕκαστον αὐτῶν. Quorum alia conveniunt, v.c. lib I. c. 6 §. 2. c. 7. §. 2. Nec non lib. IV. c. 1. §. 5. lib. VIII. c. 1. §. 7. centenaque alia, quæ afferre haud cunctare.

---

a) Top. §. 6. Sunt et alia genera definitionum: sed ad huius libri institutum illa nihil pertinent. §. 2. Sed ego a vestris exemplis, nisi necessario, non recedam.

b) Ieiuna fere ea sunt, quæ de differentia utriusque libri Boëthius hoc modo disseruit: Ex his etiam quæ superius dicta sunt, quid distent Topica Ciceronis atque Aristotelis apparuit. Aristoteles

mur, nisi lectores defatigare vereremur. Ideo ~~Quapropter~~ ill. Wyttenbachii coniciendis,[a] Topica Aristotelica ex eo genere librorum ~~scriptorum~~ ejusdem philosophi esse, qui ὑπομνηματικοὶ vocantur, vel Commentarii nondum ad editionem conformati, adversariaque tantummodo et materiam scribendi libri continentes, opinio haud displicet.

Non dubito plerosque fore, qui hanc Wyttenbachianam coniecturam, nullo documento probatam, ~~refugiant~~ reveriant. Severi tamen hi judices meminerint velim, plurimos ejusdem generis libros Aristotelem conscripsisse, quorum quatuor Diogenes Laertius[a] meminit, qui sunt:

ὅροι πρὸ τῶν τοπικῶν libri ζ. ά, β́, γ́, δ́, έ, ή, ζ́.
τὰ πρὸ τῶν τοπικῶν liber ά.
τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους libri ά, β́.
Ἐρωτήσεως καὶ Ἀποκρίσεως liber ά. β́.

a) Diogen. Laert. de Vitis philosophor. lib. V. c. 1.

Neque id praetermittendum esse puto, non solum Aristotelem hoc scribendi genere occupatum fuisse verum alios quoque philosophos Graecorum. Id autem hinc colligimus, quod, ut supra monui, Theophrasti quoque et Eudemi Topicorum apud antiquos scriptores mentio occurrat.

---

namque de maximis propositionibus disserit: has enim locos argumentorum esse posuit, ut nos quoque supra retulimus. Tullius vero locos, non maximas propositiones, sed earum continentes differentias vocat, ac de his docere contendit. cf. Boeth. Comment. infra citandi, p. 11.

b) In Epistola ad Heusdium, praemissa huius Specimini Platonico p. 46. 297.

Quid hoc ad rem? quid tu nobis trita illa de numero Topicorum enumeras? sunt forsan, qui dicant. Equidem non solum haud supervacaneo, verum necessario id a me dictum esse puto. Nam si verba mea recte animadvertas, facile deprehendes, dudum iam Graecos, priusquam Romani id genus scribendi aggressi essent, librorum ejusdem generis magno numero abundasse. Quod si concedis, (et ut concedas ipsa veritas rei clamat) numne credis Romanos in his exercitationibus periculum facientes, statim universam dialecticam tractandam sibi sumpsisse? vel potius huic disciplinae dialecticam artem accomodare studuisse, quam omnis Romanus civis scire debuit?

Neque id minus opinionem nostram firmare videtur, quod, quoscunque de philosophia libros conscripserit, primus ille apud Romanos philosophiae institutor, omnibus mentionem juris civilis immiscuerit. Qua autem voluptate hoc opusculum conscribendum aggressus fuerit, in quo ex animi sententia pulcherrimam sibi artem enarrandi facultatem habebat, is solum recte cognoscere poterat, qui amore studii cui nomen professus est captus, in eo summo studio adlaborat ~~pertissimum versatur~~, ut id quam maxime promoveatur, propageturque. Quod cum ita sese habeat, nihilque aliud

Aristotelicis et Ciceronianis Topicis praeter nomen commune sit, falsum id esse apparet, quod Ernestius vir celeberrimus in argumento Topicorum Tullianorum produlisset, a) falsissimum vero id, quod van Lyndenius afferre non dubitasset, quis non videt? Insolens enim et paene dixerim absurdissima illorum opinio est, qui statim cum in Latinum quendam librum inciderint e Graecis literis fluxisse, affirment. Quis enim sanae mentis compos Demosthenis Ciceronisque Orationum Philippicarum comparatione instituta, e Graeco in Latinum sermonem translatas esse, affirmet? ~~Itaque~~ Quamobrem ~~saepe~~ miror, neminem hactenus exstitisse, qui affirmaret, solis tantum Graecis ingenium a natura tributum fuisse, Romanis vero nihil aliud relictum, quam ut pecudum more illos imitarentur, nec ultra sapere auderent. cf. Strabo.

Missa itaque vulgari hac opinione, Ciceroniana ex Aristotelicis Topicis fluxisse, quam falsam esse docuimus, ipsa nunc ~~hic~~ Tulliana Topica animadvertamus ~~ad contemplanda~~ ~~nunc~~ ~~Ciceroniana~~ ~~Topica~~ ~~nunc~~ ~~nos convertamus~~. Rem autem ita

a) Trebatii voluntati satisfacturus hoc quasi compendium Topicorum Aristotelearum fecit. Ernesti in argumento Topicorum Ciceronianorum. Idem et Joan. Victorius in praefat. sua ad Top. Tull. Sed quod pertinet ad Topica, praescripsit hunc librum Cicero ad Aristotelis sententiam, magna brevitate, ut †

† quae ab illo latissime fusa sunt, in compendium redigeret; commoditate vero tanta, ut quae ~~ab illo~~ singulari ingenio inventa ab illo, atque in lucem edita sunt, hic primum in artem inclusisse, ac certiore via conspicuisse videatur.

ut paucis quicquid de libro hoc ~~Tulliano~~ Ciceroniano censeamus, in medium proferamus, eundem ordinem in conscribendo, quem in priore parte disputationis nostrae servavimus, sequuturi.

In re investiganda non est quod longa disquisitione utamur; ipse enim Cicero, in exordio opusculi sui M. Trebatium Testam increpat, "quod se maiores "res scribere ingressum, et iis libris quos brevi "tempore satis multos ediderit digniores, e cursu "ipso avocarit." Quibus verbis quid aliud, nisi hoc dicit, se haud sponte sed precibus amici flexum ad conscribenda Topica accessisse? Ne autem hinc confestim ignaviae Ciceronem accuses, observes velim, senectutem ejus in id tempus incidisse, quo opera ~~sua~~ ejus nec res publica nec amici uti possent, nec honeste inter arma versari, ne ei tuto id quidem liceret.a) Tunc itaque, otio et amicis vir eloquentissimus deditus, tranquillam vitam agebat, ibique cum alios libros, tum inprimis Brutum, Paradoxa et De Partitionibus Oratoriis conscripserat; plane aliena ab illis scriptis, quae dum in foro atque iure pro salute atque incolumitate civium

a) Topicor. §. 1.

suorum versabatur, satis multa conscripserat. Moleste itaque id tulisse videtur, novum veluti onus, a quo diu desuevit, ab amico sibi impositum esse. Quam provinciam novam sibi mandatam, licet futuro tempore religiosius se administraturum professus esset, in fine opusculi tamen, more suo gloriari quasi exactissime munere functus esset, haud omisit. Ait enim: "nam
"ne praeteream aliquid, quod argumentorum in omni
"ratione reperiendum pertineret, plura quam a te
"desiderata erant, sum complexus, fecique quod libera-
"les venditores solent, ut cum aedes fundumque vendide-
"rint, rutis caesis receptis, concedant tamen aliquid empto-
"ri, quod ornandi causa apte et loco positum esse videa-
"tur. sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio debuimus,
"ornamenta quaedam voluimus non debita accedere. a) Quibus cum conveniunt, quae in fine §. 4. et initio §. 5. dixerat: "his igitur locis, qui sunt expositi, ad omne argumen-
"tum reperiendum, tanquam elementis quibusdam, significa-
"tio et demonstratio datur. Utrum igitur hactenus satis
"est? tibi quidem tam acuto, et tam occupato, puto. Sed,
"quoniam avidum hominem ad has discendi epulas recepi,
"sic accipiam, ut reliquiarum sit potius aliquid, quam te
"hinc patiar non satiatum discedere."

a) in fine Topicor. (§. 26.)

Caveamus itaque ne in verba magistri juremus, capta-
toria enim nec cum aliis a Tullio prolatis convenien-
tia sunt. Ipse enim, sibi olim si otium fuerit, ube-
rius hec omnia tractaturum affirmat; ut recte
Joannes Visorius Cenomannus, in prefatione sua
ad Topica Tulliana a) observaverat. Nec si observasset
id nos latuisset. Cum ex his que citavimus verbis,
tum e proemio libri Ciceroniani apparet, Tullio, cum
ad conscribendum libellum accesserit, nec temporis nec
otii satis fuisse. Multis enim iisque gravissimis
negotiis distractus, etsi dudum ad conscribenda Topica
animum applicaverat, quod tamen cogitabat, ad finem
perducere haud potuit. Postquam vero funestum ac
famosum illud bellum inter Pompeium et Cesa-
rem exortum est, Tullius, cum sese haud tutum in
Italia videret, Rhegii navem ascendit, Greciam peti-
turus. Sed iniqua navigatione usus, cum Veliam
delatus esset, conspectu urbis unice a Trebatio dile-
ctae b), huius veluti eris alieni, quod contraxerat, admo-

---

a) "Itaque dubitandum non est, quin ad eadem rationem
"vir doctissimus si supervixisset, aut si impeditus non
"fuisset, rei publice temporibus, iudicandi quoque partem
"nobis traditurus fuerit, puram ac defecatam, ut cetera
"omnia: neque abundantem supra brevitatis alveos, sed
"modo et genere tractationis intra utilitatis fines compre-
"hensam." Id quoque observat anonymus ad §. 2. Topicor. "Ex
hoc loco intelligimus Ciceronem morte preventum de iudi-
cio non tractasse, que res cum sit difficilis apud Aristotelem
declarationem flagitabat: ac ne eam quidem partem satis

nitus, id quod dudum in animo volverat, exsequi non detrectavit. c)

Haec de consilio, quod Ciceroni in conscribendis Topicis fuerat, dixisse sufficiant; nunc de ipsa dispositione libri, paucis disserere placet.

Ciceroniana Topica si recte animadvertamus, in duos libros ~~dispertiri~~ vidi posse, videbimus; quorum alterius amplitudinem, si ad alterius nimis concinnam brevitatem retuleris, omni proportione opus destitutum fore, equidem non inficias ibo. Non enim plus quam IV. §. primus capiet, cum fere sexies totidem §.phorum, alter comprehendet. Sed in dispertiendo libro neque formam externam neque proportionem spectandam, verum id praecipue, ut distributio haec naturae ingenioque libri congrueret, et ego mihi persuasus sum, et alii ‡ dudum monuere. Si autem ~~[illegible] minus~~ haec ~~tibi~~ minime persuadeant ~~videbuntur~~, ipsum Tullium hac de re disserentem audiamus: "Cum omnis

7 observandum

+

+

Aristoteles explicuit. Nam Galenus de demonstratione longe absolutius Aristotele est persequutus.

b) Cicero Epistol. ad Fam. VII. 20. De hac Tullii peregrinatione consule in primis, Philipp. I. 1.2. ejusdem. Et ad Atticum XVI. 6.7.

c) Topicor. §. 1. ut veni Veliam, tuaque et tuos vidi, admonitus huius aeris alieni, nolui deesse, ne tacitae quidem flagitationi tuae. Itaque haec, cum mecum libros non haberem, memoria repetita, in ipsa navigatione conscripsi, tibique ex itinere misi.

"ratio disserendi duas habeat partes, unam inveniendi, alteram iudicandi, utriusque princeps, ut mihi quidem videtur Aristoteles fuit. Stoici autem in altera elaboraverunt. Iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt, ea scientia, quam dialecticen appellant. Inveniendi vero artem, quae topice dicitur, quaeque ad usum potior erat, et ordine et natura certe prior, totam reliquerunt. Nos autem, quoniam in utraque summa utilitas est, et utramque si erit otium, persequi cogitamus, ab ea, quae prior est ordiemur." Nonne vides, disertis verbis Ciceronem duabus partibus opusculum suum constare voluisse? quorum altero de inveniendis, altero de iudicandis ad Iurisprudentiam pertinentibus locis, disquisiturum sese profitetur? Quapropter haud ego Topicorum Tullianorum editorem futurum inanis subtilitatis damnaverim, si observata hac librorum serie, ab ipso Tullio indicata, opusculum dispartiretur. Idem de distributione libri in paragraphos dicendum est, praesertim cum ea, quam nuperrimus editor Ciceronianorum Topicorum proposuerat, valde displiceat. Sed haec similiaque longiori disquisitioni, quam si otium superfuerit aggredi non gravaturi sumus, servare decet; quum nunc nec tempus nec locus id patiatur, ut exercitatiunculam hanc in immensum protrahamus. Ad alia potius ~~sese~~ + conferre liceat, de vera interpretum in explicando Ciceroniano hoc libro proposito, pauci disputaturi.

§. VI.

Commentarii in Topica Ciceroniana scripti recensentur, et illustrantur.

Ex omnibus Ciceronianis scriptis, Topica esse, quae nostra aetate rarissime legantur, neminem latere puto. Adeo enim plurimi, non solum philologi verum et ii qui juris prudentiae studio occupantur, a lectione ejusdem sese tenent, ut multis liber hic elegantissime scriptus, plane ignotus sit, illisque veluti terra incognita iaceat. Duplex autem ratio hujus mihi esse videtur, altera quam in fronte opusculi nostri exposuimus, altera vero, quod nec critica nec exegetica ratione adeo libellus expositus sit, ut ab omnibus commode legi possit. Altera causa gravis quidem est, at altera gravior.

Nec tamen ita verba nostra accipias velim, quasi Topica Ciceroniana omni auxilio et exegetica interpretatione destituta essent. Immo plurimi virorum doctorum in librum hunc commentati sunt, sed quod mirere, omnes interpretes qui in explicando

hoc libello operam posuere, id, quod minime interpretatione egebat, interpretari conabantur, id vero, in quo explicatio maxime ponenda erat, ne verbo quidem tetigere.

Victorinus quidam rhetor fuit, qui primus in Tulliana Topica commentatus est. Cuius opera, cum aetate nostra desiderentur, judicium de illis, ex aliena solum mente ferre possumus. Meminit autem Victoriani operis Boethius, in Commentatione sua ad Tulliana Topica scripta[a] his quidem verbis: "Sed cum in M. Tullii Topica Victorinus „rhetor plurimae in disserendi arte notitiae commentationes conscripserit: non me oportuisse melioribus „forsitan attentata contingere, nisi esset aliquid, „quo se noster quoque labor exercere atque parare „potuisset." Quot autem libris Victorianum hoc opus conscripserit, his verbis indicat:[b] „Quatuor „voluminibus Victorinus in Topica conscriptis, eo„rum primo in declarandis tantum libri princi„piis occupatur. addit etiam, si qua in eodem Volu„mine praedicenda fuisse perpendit —— Secundo „Volumine de iudicandi atque inveniendi dialecticae „partibus et de locorum atque argumenti defini„tione pertractat —— Tertius vero atque quartus „discretionem locorum inter se eorumque exempla

a) Boethii in Topica Cicer. Coment. p. 5. (ed. b.)
b) ibid. p. 5. ibid.

"multiformiter persequuntur, ita ut tertius quidem
"Tulliana sibi de iure proponat exempla: quartus vero
"eosdem locos per alias rursus similitudines monstrat
"ex Virgilio vel Terentio poetis, oratoribus Cicerone et
"Catone."

Etsi Victorius in tantam latitudinem opus suum dispersum esse voluerit, quocum si Tulliana Topica comparaveris, veluti in gurgite vasto natantia deprehendes, plurima tamen in explicatione sua supersedisse, idem Böethius testis est. a) Attamen licet Grammaticus ille dialecticarum minutiarum Victorium accuset, ipse tamen non feliciori fortuna in libro explicando usus est. Quo enim errore antecessorem ejus lapsum invenimus, in eundem et nostrum incidisse, si recte Commentarios illius animadverteris, deprehendes. Nam ut de Victoriano Böethianoque opere uno verbo judicium feram, neutrum mihi placere ingenue fateor; ita tamen, ut si eligendum esset, a Victorii potius quam Böethii partibus starem. Haud enim tanta confusione, quam in Böethio culpamus, Victorianum opus conscriptum fuisse

---

a) Coment. lib I. p. Quanta vero pars reliqua Topicorum sit, ipsius voluminis magnitudo demonstrat, quam Victorius neque attingit, neque attingere potuisset, ita rebus minimis immoratus, nisi opus multa librorum pluralitate diffenderet.

videtur, cum in singulares libros Commentarios suos diviserit, remque universam ita tractaverit, ut commode ab omnibus legi posset. Quo factum est, ut loca omnia dialecticen ~~solam~~ spectantia seorsim ab illo explicita legerentur; seorsim vero illa quæ ex fontibus juris Civilis petita essent.

Jam ex his, quæ in Boëthio vituperanda esse censeamus appare~~n~~t. Qui tamen ab illo commissus error, adeo successoribus ejus in Topicis explicandis, placuerat, ut eodem modo Commentarios suos conscribendos aggrederentur. Hinc evenit, ut in plurimas partes universa re direpta atque dilacerata, simulac te ad lectionem libri accingas, undique ea conquirere cogaris, quæ Commentatores nullo ordine rei servato dissipavere. Mihi enim, ut quod sentiam libere dicam, vulgaris ille mos, eo ordine librum explicare quo conscriptus est, non ~~solum~~ tantum haud adridet, sed quam maxime displicet. Cum enim universus liber in his solum iisdemque rebus tractandis versetur, cur non perpetua observatione explicationem tuam comprehendas? cur in diversas partes rapias, ac, pene dixerim, dilaceres librum? equidem non video.

Hæc sunt quæ de utroque Commentario observaveram. De Boëthii opere nonnulla adhuc commemorasse

juvabit.

Alia plane, quam Victorius, methodo, Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius (atque diffusum nomen hominis. Nonne quam opus ejus vides?) in explicando Ciceronis libro, usus est. Commentationem enim suam in IV partes divisit, ita tamen ut in omnibus dialectica atque Juridica commisceret. Singularem autem diligentiam dialecticis disquisitionibus dicavit, ea vero loca quae Jurisprudentiam spectant, obiter tetigit. In quo quam maxime a Ciceroniana mente aberrasse videtur. Loca enim illa, quibus Cicero dialecticorum more jus civile illustrare sibi proposuerat, etsi ad ordinem artis dialectices conscripta esse videmus, non ideo tamen factum hoc est, ut dialectica ars hisce illustraretur, immo potius, ut, dialectica quoque arte juris civilis doctrina enucleari commode posse, appareret.

Attamen ne omne meritum Boëthio abjudicemus, in hoc laudandum esse putamus, quod non ex arbitrio suo ad Jurisprudentiam loca pertinentia conscripserit, sed unde necessario petenda erant, ex ipsis fontibus, in primis Institutionibus Gaji argumenta sua hauserit. Quapropter non solum Ciceronianis Topicis recte consuluit, verum de Jurisprudentia

Romana optime meritus est. Plurima enim, eaque gravissima in jure Romano sunt, quae ex hac tantum ~~solum~~ ~~hac~~ Boëthii commendatione nobis innotuere.[a] Quae tamen tanta juris civilis fontium confusione vix speraverim, an olim recte explicita futura sint.

Quatuor fere secula praeterlapsa sunt, priusquam post Boëthii curas, aliquid lucis Ciceroniano libro adferretur. Renatis literis tamen, non defuere, qui optime de hoc Tulliano libro mereri conati essent. Plurimi enim, iique doctissimi viri extiterunt, qui pro virium suarum modo luculentissimis Commentariis Ciceroniana Topica illustrarent. Quorum meditationes, observationesque, in singulari, rarissimoque libro comprehensae exstant.[b] Hi autem sunt: Joannes Visorius, qui Comentariorum libros III conscripserat. Bartholomeus Latomus, cuius Enarrationes ad Ciceronis Topica totidem libros comprehenduntur. His adde Scholia Ch. Hegendorphii, et Antonii Goveani luculentissimas Commendationes, quae una cum Anonymi Expositionibus in lucem prodiere. In has autem, et in Commentationes supra a nobis laudatas animadvertisse, nostrumque de singulis judicium

---

a) cf. Topicor. §. 2. sect. 10. et Gellii Noct. Att. XVI. 10.
b) M. T. Ciceronis ad C. Trebatium J. Ctum Topica -- Parisiis apud Thomam Richardum -- 1557. in 4to

– protulisse, operae pretium esse videtur.

Cum universo fere libro, ut supra monuimus, in iis praecipue, quae ad jus Civile spectant, Cicero versetur, iis vero quae arti Dialecticae propria sunt minime occupetur, fieri non potuit, quin ea nisi a viro iisdem disciplinis dedito recte explicarentur. Quae cum Visorio, Latomo, Hegen-dorphioque cum Anonymo plane ignota essent, non hi in Explicationibus grammaticis solum operam suam posuere, evenit ut proposito haud satisfecerint. Inania enim fere et inutilia sunt, quae post Böethium, de dialecticis rebus ab illis disputata vides, at ea quibus jus civile explicue-re, prorsus abicienda. Ne autem calumniari potius, quam severam censuram agere videamur, sententiam nostram luculentius exponimus.

Merito sane id in Boethio laudavimus, quod ex fontibus juris Civilis a Triboniano nondum depravatis argumenta Ciceronianis Topicis explicandis apta, hauserit. Inde enim evenit, ut plurima lectu dignissima ab illo proferentur. Aliter tamen Hegendorphio et consortibus accidit, qui cum nescirent, unde argumenta petenda essent, ex Justinia-neo juris Corpore, pro lubitu, vilissima quaeque excer-psere. Quapropter tantas absurditates in medium protu-lere, ut nisi a Gramaticis factum id fuisse scias,

quonam pacto accidi id potuisse, jure mireris. Confirmandae opinionis nostrae causa, unius exempli protulisse sat est.

Et forma generis Cicero disputaturus [a] hoc exemplo utitur: "Si ita Fabiae pecunia legata est a viro, si ei "viro materfamilias esset: si ea in manum non con-"venerat, nihil debetur. Genus enim est, uxor: ejus duae "formae; una matrumfamilias, earum, quae in manum "convenerunt; altera, earum, quae tantummodo uxores "habentur. qua in parte cum fuerit Fabia, legatum "ei non videtur." Quod argumentum licet pulcherrime et ad mentem J. Ctorum a Boëthio explicitum sit, ita Latomus [b] illustrat, (nisi id potius obscuritatem quam illustrationem vocare malis): "Usu "uxor erat, quae tantum cohabitabat viro ad sobolem "procreandam, neque ius successionis ab intestato habe-"bat, quae et concubina vocabatur." Hegendorphius [c] vero: "Materfamilias est, quae in manum mariti convenit, "hoc est, quae legitime marito nupta, in potestatem "mariti tradita, et bonorum mariti socia exstitit. Cete-"rum concubina, quae ut hic inquit Cicero, usu tantum "habetur, hoc est, loco uxoris alicuius habetur." Anonymus denique [d] postquam quid sit materfamilias explicuerat, his rem declarat: "aliae habebantur duntaxat "usu, habebanturque veluti concubinae; qui tamen ex "eis nascuntur, legitimi sunt, ac patrem sequuntur." Quis

a) Topicor. §. 3.
b) p. 29. d. l.
c) p. 30. d. l.
d) p. 31. d. l.

quaeso, ineptias has cum legerit, non rideat? ~~quae sane Tullio si haec legerit, centies illi stomachum moverent.~~

Alienam plane viam Antonius Goveanus J. Ctus. sequutus est. Cum enim recte cognovisset, qua ratione si ad finem rem perducere vellet, progrediendum esset, haud minutiis illis Dialecticis, in quibus antecessores suos immersos conspexerat, plus quam decuit occupatus est; sed quod caput rei erat, loca scilicet ex Jure Civili petita, recte, apte, et concinne explicandi, id summa ope ad finem perducere, conabatur. Nec proposito sibi, priusquam id quod fieri volebat perfecerit, discessit, adeoque in conscribendo opere felici fortuna usus est, ut omnes qui hactenus in Topica Ciceroniana commentati sunt cum Goveani Commentario haud comparari queant ~~possint~~. Nam etsi nonnulla, quae falsa esse cognovimus, in Commentatione ejus legantur, attamen

— — ubi plura nitent — — non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura — —

Nostra denique aetas, scriptionis huius generis ferax, novam Commentationem in Topica Ciceroniana infausto nomine editam, conspexit. Scripta illa est, auctore

Francisco Godardo van Lynden, Batavo; qui singulari libro Interpretationem Jurisprudentiae Tullianae in Topicis expositam [a], hac ratione suscepit, "ut, (verba autoris sunt [b]) "suam in Literis humanioribus Jurisprudentiaque doctrinam ostenderet." Movebat praeterea ut ipse fatetur, "quod Ciceronianus hic "liber, nondum peculiariter Jurisprudentiae habita ratione illustratus atque editus esset." Quae cum ab auctore hoc libro praefata perlegissem, cupidus cognoscendi

quid dignum tanto ferret hic promissor hiatu,

vana iactantem, arrogantiaeque plenum hominem deprehendi. Garrulatur enim ineptissime de his quae dudum iam docti indoctique sciunt, obmutescit autem, ubi in indagando non dicam ingenii sollertia, sed assidua opera in tractando opus esset. Cum fastidio itaque, quale mihi nec Hegendorphianae ineptiae moverant, perlectum librum reieci, cum nihil aliud nisi trita omnibusque nota, in medium a Lyndenio prolata cognoverim.

Hi sunt quantum scio, qui perpetua Commentatione Topica Ciceroniana illustrare, conati ~~fuere~~ sunt. Restat, ut de opera illorum, qui singularia capita ejusdem libri illustrare, aggressi fuerint, paucis peragamus.

a) Lugduni Batavor. apud Haak et Socios 1805.
b) in Praefatione p. XIV.

In primis Explicationes Desiderii Heraldi a) ad §. 8. sect. 36. Topicorum, in qua de postliminio agitur; nec minus Merceri b) Animadversiones commemorandae sunt, his autem §. 2. sect. 10. et §. 6. sect. 29. illustratur. De quibus id solum meminisse sufficiat, eas, si sollertissime excogitatae sint, falsas plane esse. Nec obstat, quod van Lyndenio eas laudare placuerit, c) cum hac ratione factum esse novimus, quod ipse opiniones horum sequeretur.

Post Desiderii Heraldi, Merceriique fata, Franciscus Hotomanus exstitit, Commentationes in Topica Ciceronis scripturus. d) Cum enim omnia in Ciceronianis scriptis ad Jurisprudentiam pertinentia loca illustrare sibi proposuisset, nec huic libro curas suas deesse voluit. Sed, pace id viri optimi dicam, melius foret, si illa intacta reliquisset. Omnia enim fere quae protulerat, falsa et inania sunt. ~~Multoties enim~~ Nam saepe Hotomanum deprehendi, quae facilia essent explicantem, difficiliora vero negligentem. Neque hac alia ratione ~~mederi~~, nisi textus mutatione, ~~putat voluit~~ putabat. Lepidus sane homo medicis illis comparandus, qui aegra vulnera curare nescientes, humanum corpus potius dissecari, quam inscitiam suam prodere, malunt.

7 sanari posse


Praeter hae duae Commentationes exstant; alteras autem J. L. Hoffmanno scripta e), C. Fr. a Savigny altera f). Utras quae non sine magna animi nostri laetitia cum perlegisse desiderium nobis movere, universa Topica Ciceroniana

a) Ottonis thesaurus Juris Tom. II. p. 136.
b) ibid. p. 1600. sqq.
c) l. c. passim.
d) Observationum in jus Civile lib. IX. Parisiis 1589.
e) Versuch eine Stelle des Cicero, Topicor. cap. 4. zu erklären. v. Savigny Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch. B. III. Heft 3
f) Beiträge zur Geschichte der Geschlechtstutel — v. Savigny ibid.

haec ratione explicita perlegendi. Tum enim fieri posse credimus, ut non solum ab Jurisprudentiae studiosis, verum et iis, qui philologica studia exercent, legerentur. Id enim quantum ad utrumque studium recte promovendum valuerit, iam dudum clariss. Rhunkenio compertum est.[a] Attamen, cum a nemine nisi in Jurisprudentia recte versato viro id fieri possit, nostra vero pessima aetas iis solum artibus studeat, quae ad victum quotidianum parandum sufficiant, cetera vero vel plane negligat, vel flocci faciat, valde dubito num an aliquis molestae huic, nec tamen iniucundo labori applicaturus fuerit. Nam ab hominibus illis, quos ἀπὸ τοῦ ἀργυρίου [illegible] vocamus, ad finem perductum hoc iri, (utinam falsa dicam!) sperarene potes? Audivit, quod nonnulli JCtor. huius temporis, adeo pravo consilio et falsa opinione (furoremne potius vel amentiam dicam?) imbuti sint, ut Romano sermone Jurisprudentiam Romanam tractare, ineptissimum aetati nostrae esse credant. Quam alienae hac de re veteribus illis mens erat, quorum se isti, etsi a vero longissime absint, imitatores esse volunt, successoresque eorum appellari, non erubescunt. Pia illa vota sunt, quae a me supra prolata esse vides, attamen quis literarum Antiquarum vero amore captus, ea ut rata fuerint, mecum non desideraverit?

---

a). Hugo R. R. Geschichte p. 436. ed. 5ta 1815. Berlin. cf. Wolf Museum der Alterthumswiss. I. Band Berlin 1807. p. 88. 99.



ti mihi Dei donum, invidiosus homo ocurrit. Quo a me viso filius servum amittit, nam pejus haud visus est; cum id in curia suo effecerit, ut filius servum amittat, cum fecimus

Quod olim M. Tullio honoratissimi auditores acciderat, ut quotiescunque in publico loqueretur, non nisi summa animi perturbatione rem perageret, id ipsum nunc mihi accidisse sentio. Primum enim coram vobis dicentem horror pervadit, ne re male a me gesta, et mihi et rei pulcherrimae cujus partes peragendas suscepi, male consulerem. Attamen cum vos benevolentissimos, indeque in primis curandes esse sciam, ut rei pulcherrimae succurreretur illamque promoveret atque augeret, neque in eo quod susceperam benevolentiam vestram defuturam, spero et credo.

Rem gravissimam peracturus, priusquam de conjungenda Philologia cum Jurisprudentia agam, necessarium esse putavi, de dignitate utriusque disciplinae paucis disserere. Antequam de philologia orationem meam persequar, necessarium esse duxi, ea studia contemplari quae unica ad conformanda expoliendaque ingenia nostra esse, puto. Quaenam autem studia haec sunt, clarissimi auditores putatis? Quemlibet horum intellectuum esse puto, de quibus dudum monitum est, iis ingenia nostra alienea sinceros nos esse. Contemplemur enim hominem, quid illum a feris nisi ratio ipsa differt, quam tamen rationem nisi literis expoliatis, minime differentem esse contendimus ab ea quam natura cuicunque animali tribuit.

42

ein Epigramma v. Simonides, welches in seinem Zeit zu Megara gesetzt, später erneuert wurde

TÒ ἐπίγραμμα τῶν ἐν τῷ περ-
σικῷ πολέμῳ ἀποθανόντων
ΚΕΚΕΙΛΙΟΥΣΩ...

ΕΝΤΑΟΛ ἩΡΩΩΝ ἀπαδομενον
ΔΕ ΤΩΧΤΟΝΩ ΕΛΛΑΔΙΟϹΟΔΑΡΧΙΕΡΕΥϹ
ΕΠΙ ΠΚ ΙΚ... ΦΗΝΛΙϹΤΟΝ
ΝΝΙΟΙ ... ΕΠΙΔΙΩΝ ΣΕΙΜΕΝΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣ ϹΙΜΟΝΙΔΗϹ

ἙλλάδιΚΑΙ ΜΕΓΑΡΕΙΣΙΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΑΜΑΡ
ΑΕΞΙΝ den andern Zeiten promovere
ΚΕΜΕΝΟΙ ΘΑΝΑΤΟΥ ΛΟΙΡΑΝ ΕΔΕΞΑΜΕΘΑ ΜΕ die zweite
ΤΟΙ ΜΕΝ ΥΠ' ΕΥΒΟΙΑ Κ νᾶος Κλαγεν an ἱερὰ ~~ΠΑΧΩ~~ ΕΝΘΑ ΚΛΕΙΕΤΕ die ...
ΑΓΝΗ ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ ΤΟΞΟΦΟΥ ΤΕΜΕΝΟϹ τοξοφόρος den Ort vocaler stand templum * die 4te ΤΟΙΔΕΝ
ΤΟΡΙ τοι δεν τ' ὄρει ΜΟΙΚΑΛΑϹ ΤΟΙ ΔΕΝ ΠΡΟϹ ΔΕ ϹΑΛΑΜΕΙΝΟϹ die 5te
ΤΟΙ ΔΕ ΚΑΙ ΕΝ ΠΑΙΔΙΩ ΒΟΙΟϹΤ. ~~Ω~~ ΟΙΤΙΝΕϹ ΕΘΛΑΝ v. 6.
ΧΕΙΡΑϹ ΕΠΑΝΘΕΟΠΟΥϹ ~~ΥΠ~~ ΙΠΠΟΜΑΧΟΥϹ.. 7te
ΑϹΤΟΙ ΔΕ ΑΜΜΙ ΤΟ ΔΕ ΓΕΡΑϹ ὀμφαλῷ ΟΜ ΦΑΔΩ ΑΑΦΙ πυρον / δυδαι / ἀμφ. πόλεως ἀγχιων *
ΝΕΙϹΕ οἰκέων. μη νικῶν Ω(ω?)Ν ΕϹΤΟΡΟΝ ἡμετέρων * ἄλλων Λ (α. λ.?) Μ (anscheinend vielleicht mit Μ) der 8te oder ... ~~ϹΑ~~
ΘΔΟΚΩΝ ΤΑ ΟΡΩ der 9te
μεγεῖς ΔΕΧΡΙϹ ἐφ' ἡμων δ' ἡ δε πολις ΕΦΗΜΩΝ ΔΕ Η ΠΟΛΙϹ ΤΑ ἀγρον ΤΑΥΡΟΝ ἐγχίζει ΕΝΓΖΕΝ
νον δε γηραϊ κύδος τὰ κατ' ἀγρόν?

* Herodot VIII. 1. ait adfuere Megarensium XX naves ad pugnam Artemis.

* Pausan. 1. c. 43. ait sepulcrum Megarensium Persarum in ipsa urbe Megarensi fuisse, et quidem in ... hinc manifestum ... sepulcrum

* etate forsan VI. quo saec. plurimi multas literas in modum monogram. conjunxerunt

T. 1. 254.

ταυτ᾽ ἀπὸ δυσμενέων Μήδων ναυταὶ Διοδώρου
ὅπλ[illegible]νέθεντο Λατοῖ μναματα ναυμαχιας

Phädon Platonicus erklärt v. Hofr. Wolf.

Die Materie in unserem Gespräche ist eine der schönsten unter allen Platon. Gesprächen aber auch die schwierigste, da der Stoff über die Unsterblichkeit der Seele abzuhandeln, bloß v. Plato angedeutet nicht aber zu Ende gebracht. Unsere Vorlesung bezieht sich bloß auf über das wichtigste Grammat. und, da der zu weitläufige Stoff in den wenigen Stunden, einen weitläufigern Erkl. nicht erlaubt

παρεγένου

ἄλλου του [illegible] einen encl. Accent. τοῦ. Die Abweichung des Accent auf das vorhergehende Wort, läßt sich auch außer [illegible] dreisilbig [illegible] sehen.
τι

ἅττα, statt ἅτινα

ἀκούσαιμι, audiam, oder audierim, nicht audirem denn sonst würde es heißen müssen ἤκουον ἄν.

τῶν πολιτῶν Wolf, und Schaefer in Ind. ad Gregor. Korinth. haben hinzugesetzt noch τῶν. b. Mathie aber bewiesen

τε ἐπιχωρίαζε schließt sich dichter an das Wort ἐπιχωρίαζε, obgleich es zu [illegible] nicht gehört.
ἦν. falsch ist. ἦ, wenn ἀφικτο ein praesens.

σαφές das nicht franz. detaille etwas klar zu machen.

φ. τ. ἦν steht ziemlich entfernt, aber es ist doch so der Gebrauch in der griech. Sprache. nequidem

ὃν τρόπον die Lateiner würden nicht accus. sondern ablat. um eine Relation zu deuten, so wie das Virgil. os humerosque

ναὶ nicht immer schlechtes ja sondern freylich recht. b. der Frage antwortet der Griech. und der Lat., entweder mit diesem ναὶ, oder mit der Wiederholung des verbi.

ἤσθετε es ist ein reines historisches tempus, wir brauchen es aber im imperf. als ein histor, welches unterschieden wird v. erzählenden

καὶ ἐθαυμάζομεν, das folgende γε drückt etwas schwankendes, nach καὶ und ἀλλὰ folgendes γε, hat ihre besondere Bedeutung. Das obendrein wenn es hier

nicht bedeuten da es zu schwach für diesen Ausdruck

φαίνεται, scheint.

τύχη fors, ein reiner Ausdruck des Zufalls. mit diesem ist das verbum τύγχανω verwandt, so wie das γ bloß eingeschoben, da es sollte τυχανω. Es gebraucht man mit particip. construirt ἐτύγχανον περιπατῶν. der Lateiner ibam forte.

τοῦτο τὸ es ist nicht nöthig es auf das Obiect zu beziehen, sondern einen abstrakten Gedanken

ἐκείνους so wie das Lat. ille, in solchen Personen die zu Hause nicht gehören, sondern zufällig zu einander kommen. Vergl. 2. vergl. 7.

ἀπάξειν, die Lateiner müssen hier den accus. se verstehen in der älteren Lat. Sprache nicht gut ange-bracht.

πέμπειν θεωρίαν daher die pompa, πεμπόμενα. Man sagt auch πέμπειν πεμπόμενα.

καθαρεύειν, es ist τὴν πόλιν hier zu ziehen, ut sit urbs clara.

στεφη, daraus στέμματα Opferbänder, Kränze Guirlanden.

ὁ πολὺς χρόνος. Die MSC. haben das ὁ πολὺς nicht, und es ist auch überflüssig.

τί δὲ δὴ τὰ Welch war das unbe-- endliche Länge! cf. Xenophont. Lexicon (ed. Sturz).

Excerpta quaedam intellectu difficilia e Platone de Legibus

p. 7. ed. Bip. ὃν γὰρ ὅρον ἔθης τῆς ~~εὖ~~ εὖ πολιτευομένης πόλεως, δοκεῖς μοι λέγειν, οὕτω κεκοσμημένην οἰκεῖν δεῖν ὥστε πολέμῳ νικᾶν τὰς ἄλλας πόλεις.

p. 19. ξυμπάντων τε ἐρώτων τὰς σπουδὰς ἐπεσκεμμένον καὶ παραπεφυλαχότα,

p. 38. δε παιδεία Καδμεία —

Obscurus locus esse videtur Aristotel. Topic. p. 100. ed Buhl. a verbo κατασκευάζει δὲ — —

p. 99. πᾶν μαίνεταί τε καὶ βοᾷ ἀτάκτως· καὶ ὅταν ἀποκτείνῃ τις αὐτὸ τάχιστα, ἀτάκτως αὖ πηδᾷ. quis πηδᾷ ὁ ἀποκτεινομενος?

Livius II. 23. nexu vincti solutique. Conicio, nec solum vincti sed et soluti

p. 145. ἐλθὼν δ' εἰς τὴν ἀρχὴν (Δαρεῖος) καὶ λαβὼν αὐτὴν ἕβδομος, διείλετο, ἑπτὰ μέρη τεμόμενος. — —

Aristot. Top. IV. c. 2. §. 5. ed Buhlii ἐπειδὴ τῶν ζώων τὰ μὲν θνητά· τὰ δὲ ἀθάνατα. cf. ejusd. libri c. 5. §. 11.

Aristot Top. IV. c. 4. §. 2. ed Buhl. ἢ γὰρ ἁπλῶς ἐν οὐδενὶ γένει τῶν αὐτῶν ἡ στέρησις, ἢ οὐκ ἐν τῷ ἐσχάτῳ. οἷον, εἰ ἡ ὄψις ἐν ἐσχάτῳ γένει, τῇ αἰσθήσει, ἡ τυφλότης οὐκ ἔσται αἴσθησις

idem ibid §. 13. οὐδὲ γὰρ πᾶν τὸ ἐπιστητὸν αἰσθητόν. Cur non?

~~Demosth. Philipp. I. p. 52. καὶ τὰς παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδας ἐὰν ἀποσπάσητε,~~

Demosth. Philip. III. p. 120. ed. Reiskii, οὐ γὰρ ἄνευ λόγου καὶ δικαίας αἰτίας οὔτε τόθ' οὕτως εἶχον ἑτοίμως πρὸς ἐλευθερίαν ἅπαντες οἱ Ἕλληνες, οὔτε νῦν πρὸς τὸ δουλεύειν. ὡς ponere melior lectio?

idem adversus Aristogitonem legendum esse aut ἐπανόρθωμα τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων.

Isaeus de Nicostrati hereditat. ὃ δὴ μέγιστον ἐστιν. ὥστε ὡμολόγηκεν
Heraldus Observ. p. 77. corrigit ὁμολόγηκεν.

ὡμολόγησεν

Heidelberg. Jahrb. X. Jahrgang VII. Heft.

Thes. Novus Dissert. Belg. T. 1. p. 693. de Regum gen. et spec.

Petri Fabri Semestrium lib. II. p. 273. 299.

ad fr. 10. D. qui potiores in pignore (hypotheca) Lectionum lib. II. p. 167. ed. Hanoviae apud Guil. Antonium. (Guil. Fornerii)

ad l. ~~28. C.~~ alt. D. e. t. ibid p. 238.

Ἐνεστηκυίας δὲ τῆς δίκης, δίδωσιν ὁ Παρμένων ὅρκον τούτῳ περί τινων ἐγκλημάτων. καὶ οὗτος ἐδέξατο, ἐπιδιαθέμενος ἀργύριον, ἐὰν μὴ ὀμόσῃ τὸν ὅρκον. Demosth. p. 896. ed. Reiske.

Herald. I. 4.

Sed lata differentia est inter ἐπιτροπὴν et πίστιν. ἐπιτροπὴ ius plenum tribuit, πίστις hominum fidem exigit, id est, humanitatem, quam hominis appellatio prae se fert. Liv. 36. — — Ad haec consul, Hei Herculi, inquit, magnopere nunc curo, quid Aetoli non satis ex more Graecorum factum esse censeant; dum ego more † decreto, ante armis victos. Itaque ni propere fit, quod impero, vinciri vos iam iubeo. Polybius in Excerpt. lib. XIII. παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ἰσοδυναμεῖ τό, τε εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι, καὶ τό, τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ τῷ κρατοῦντι. cf. Valer. Maximus VI. 5.

† Romano imperium id habeam in deditos, modo

Qui igitur sibi amplius cavere volebant, sive saluti suae consulendo, sive liberiorem de captivis statuendi potestatem consequendo, plenius mentem suam explicabant, veluti illi apud Appianum lib. III. et IVto συγγνώμην καὶ πίστιν, fidem et veniam stipulando. cf. Caesar. B. G. lib. II. et Novella V. de eo, cui servus, qui culpae aut delicti conscius, monachatui se dicaret. c. 2.

I. 6.

Καὶ τοὺς ἄνδρας ὅσοι εἰσὶ Λακεδαιμονίων ἐν τῷ δημοσίῳ τῶν Ἀθηναίων, ἢ ἄλλοθί που, ὅσα Ἀθηναῖοι ἄρχουσιν, ἐν δημοσίῳ. Salmasius de carcere publico intelligit. Rectius Heraldus: "Ego τὸ δημόσιον, "non ad carceres publicos simpliciter refero, quod faciunt interpre-"tes, sed largius interpretor." Ita et Plutarchus in Solone: ἴδιον δὴ τοῦ Σόλωνος καὶ τὸ περὶ τῆς ἐν τῷ δημοσίῳ ~~[illegible]~~ σιτήσεως. et Arist. Polit. II. 4. de Hippodami Milesii instituto, quo liberi eorum, qui in bello pro rep. oppetierant, publice alebantur: καὶ τοῖς παισὶ τῶν ἐν πολέμῳ τελευτώντων ἐκ δημοσίου γίνεσθαι καὶ τροφήν.

I. 7.

Adhuc si testatorem ~~non~~ sepeliri non curabat, infamis erat l. 12. § 4. de Relig. Apud Athen. si qui heredes huic officio deerant habebantur mortalium omnium ingratissimi, et hereditate indigni. Isaeus

de Nicostrati hereditate: ὃ δὴ μέγιστον, καὶ μάλιστα τῆς Χαριάδου ἀναιδείας καταμαρτυρεῖ, τοῦτο σκέψασθε. ὅπως γὰρ τὸν αὑτὸν ποιησάμενον κληρονόμον, εἴτ' ἀποθνήσκοντα ἠγείλετο, εἴτ' ἔκαυσεν, εἴτε ὡμολόγησεν, ἀλλὰ πάντα τοῖς μηδὲν προσήκουσι παρῆκε ποιῆσαι, πῶς οὐκ ἀνοσιώτατος εἴη, ὃς τοῦ τεθνεῶτος μηδὲν τῶν νομιζομένων ποιήσας, τῶν χρημάτων αὐτοῦ κληρονομεῖν ἀξιοῖ. Heraldus pro ὡμολόγησεν legit ὀστολόγησεν.

Lege Attica, filius, etsi patrem a quo prostitutus fuerat, alere non tenebatur; sepelire tamen tenebatur, et alia justa facere. Aeschines contra Timarchum: σκέψασθε ὡς καλῶς· ζῶντος μὲν αὐτοῦ ἀφαιρεῖται τὴν ὄνησιν τῆς παιδοποιΐας, ὥσπερ ἐκεῖνος τοῦ παιδὸς τὴν παῤῥησίαν. (facultatem ei ademerat, ut non posset cum hominibus versari, nisi cum rubore, prodita conscientia spiritus ejus deiiciente), τελευτήσαντα δὲ αὐτόν, ἡνίκα ὁ μὲν εὐεργετούμενος ἥκιστα αἰσθάνεται ὧν εὖ πάσχει, τιμᾶται δὲ ὁ νόμος, καὶ τὸ θεῖον, θάπτειν ἤδη κελεύει, καὶ τἆλλα ποιεῖν τὰ νομιζόμενα.

Legem hanc Euripides in Supplicibus vocat:

οὐ γάρ ποτ' εἰς Ἕλληνας ἐξοισθήσεται,
ὡς εἰς ἔμ' ἐλθὼν, καὶ πόλιν Πανδίονος,
νόμος παλαιὸς δαιμόνων διεφθάρη.

Liber II. cap. 1.

ad l. 4. de Corporib. et Colleg. (D. 47. 22.) Omnes μεμυημένοι fuerant μύσται, sed non omnes μεμυημένοι dicebantur μύσται. Ita appellabantur, qui ἐμυοῦντο, et qui post μύησιν et τελετὴν peractam, mysticas pompas μεμυημένοι celebrabant et choros. Teste Hesychius, μύστης, τελούμενος, σιωπηλός, τὰ μυστήρια μαθών, μεμυημένος.

Demi plures erant, hique tam ἐν ἄστει, quam extra astu. Nam agros urbi vicinos continebant ubi plures τῶν δημοτῶν lares habebant. Demosth. in Eubulidem: καὶ ἐκλήθην ὕστατος ἁπάντων τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ κληθέντων, ἡνίκα οἱ μὲν πρεσβύτεροι τῶν

δημοτῶν ἀπεληλύθεσαν εἰς τοὺς ἀγρούς. τοῦ γὰρ δήμου ἡμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πέντε, καὶ τριάκοντα στάδια τοῦ ἄστεος ἀπέχοντος, καὶ τῶν πλείστων ἐκεῖ οἰκούντων, ἀπεληλύθεσαν οἱ πολλοί.

Cum parentes liberos suos profitebantur, et eorum nomina inscribi curabant commentario publico, τῷ δημοσίῳ γραμματείῳ, faciebant id tam apud φράτορας, quam apud γεννήτας. Isaeus de Apollodori hereditate: καὶ ἐπειδὴ Θαργήλια ἦν, ἤγαγέ με ἐπὶ τοὺς βωμοὺς, εἰς τοὺς γεννήτας τε, καὶ φράτορας. ἔστι δ' αὐτοῖς νόμος ὁ αὐτός, ἐάν τέ τινα φύσει γεγονότα εἰσάγῃ τις, ἐάν τε ποιητόν, ἐπιτιθέναι πίστιν κατὰ τῶν ἱερῶν, ἦ μὴν ἐξ ἀστῆς εἰσάγειν, καὶ γεγονότα ὀρθῶς, καὶ τὸν ὑπάρχοντα φύσει, καὶ τὸν ποιητόν. ποιήσαντος δὴ τοῦ εἰσάγοντος ταῦτα, μηδὲν ἧττον διαψηφίζεσθαι καὶ τοῖς ἄλλοις. κἂν δόξῃ, τότ' ἐς κοινὸν γραμματεῖον ἐγγράφειν, πρότερον δὲ μή.

Epulae ἑστιάσεις apud Athenienses inter munera publica erant, quibus defungi opus erat, cum quis, a tribulibus, aut curialibus, aut popularibus ad eam rem erat nominatus, nisi excusationis causas haberet iustas. —— Atque omnia illa convivia, omnes illae epulae, erant a democratico instituto, ut diximus, cum cives eo modo sociari, et saepe convenire ad democratiam fovendam pertineat; id contra monarchia aut coërceat, aut temperet. Plutarchus de Pericle, demagogorum solertissimo. διὸ καὶ τότε μάλιστα τῷ δήμῳ τὰς ἡνίας ἀνεὶς ὁ Περικλῆς, ἐπολιτεύετο πρὸς χάριν, ἀεὶ μέν τινα θέαν πανηγυρικὴν ἢ ἑστίασιν, ἢ πομπὴν εἶναι μηχανώμενος ἐν ἄστει. Talia Athenis convivia et συσσίτια; non qualia apud Cretenses et Lacedaemonios.

Interponendum inter γεννήτας et δημότας eos, οἷς ἦρια ταὐτά, quibus erant eadem sepulcra, cum quibus sepulcra habebant communia, qui sane sunt ὁμόταφοι. Demosthenes contra Macartatum: ἔ τοίνυν

ταῦτα μόνον, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀλλὰ καὶ μνήματος ὄντος κοινοῦ ἅπασι τοῖς ἀπὸ Βȣσέλου γενομένοις, καὶ καλεῖται τὸ μνῆμα Βȣσελιδῶν, πολὺς τόπος περιβεβλημένος, ὥσπερ οἱ ἀρχαῖοι ἐνόμιζον, ἐν τούτῳ τῷ μνήματι, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες οἱ ἀπὸ Βȣσέλου γενόμενοι κεῖνται, καὶ ὁ Ἁγνίας, καὶ Εὐβουλίδης, καὶ ὁ Πολέμων, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες τοσοῦτοι ὄντες συγγενεῖς, οἱ ἀπὸ τοῦ Βȣσέλου ἅπαντες, οὗτοι κοινωνοῦσι τοῦ μνήματος τούτου. ὁ δὲ τουτουῒ πατὴρ Μακαρτάτου, καὶ ὁ τούτου πάππος, οὐ κεκοινωνήκασι τοῦ μνήματος τούτου, ἀλλ᾽ αὑτοῖς ἰδίᾳ ἐποιήσαντο μνῆμα ἄπωθεν τοῦ Βȣσελιδῶν μνήματος. δοκοῦσιν ὑμῖν ὦ ἄνδρες δικασταί, προσήκειν τι τῷ οἴκῳ τῷ Ἁγνίου;

II. 7. 8. Quid sit ἀντίγραφα, διαθήκη, uberrime explicat.

II. 9. In foro Attico qui injuriam in corpus fecerant, poterant accusari ὕβρεως: si quis tamen injuriam sibi factam privato iudicio persequi malebat, dabatur ei actio αἰκίας. Accusatio ὕβρεως, quae publica erat, caput petebat, et existimationem. Judicium erat famosum, αἰκίας δίκη erat pecuniaria. —— Ulpianus l. 1. D. de injuriis postquam id omne, quod non iure fit, injuria fieri dixit generaliter, addidit, specialiter autem autem injuriam dici contumeliam, quibus verbis ὕβριν quamlibet significavit.

10. Quid esset ὕβρις, et qua de re daretur γραφὴ ὕβρεως, non potest melius intelligi, quam ex ipsis legis verbis. ὕβρις fiebat in corpus vel taxatione et deturpatione vel stupro. Diversarum illarum ὕβρεως specierum diversae erant leges; diversae quoque poenae. Sed nec pulsatione tantum, aut verberibus fit contumelia, et ὕβρις εἰς σῶμα, verum et alio modo, veluti si lotio, vel fimo corrupto aliquis perfusus sit, aut luto oblitus. l. 1. D. de Extr. crim. Id proprie est προπηλακίζειν, quamvis omnia injuria-

rum genera προπηλακισμός completatur.

Hyperides, apud Athenaeum VI. ait, Ἀθηναῖοι δὴ καὶ τῆς τῶν δούλων προνοοῦντες τύχης, ἐνομοθέτησαν καὶ ὑπὲρ δούλων γραφὰς ὕβρεως εἶναι. Ὑπερείδης γοῦν ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου αἰκίας, φησὶν, ἔθεσαν, οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις εἰς δούλου σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος. Ajebat igitur Hyperides, liberos homines, si injuria iis esset facta, potuisse δίκας agere, ac privato judicio, si publico scilicet nollent, injuriam sibi factam exequi; si qua autem atroci injuria servi pulsati fuissent, non ab heris, sed ab aliis, licuisse, non servis quidem ipsis, quibus juris civilis nulla erat communio, sed cuilibet e populo accusare eum ὕβρεως.

Non agebatur δίκας ob injuriam servo illatam, quia actio δίκας privata erat, nec ad alium pertinebat, quam ad eum, qui injuriam erat passus; sed publico judicio licebat cuilibet experiri, nec tantum hero; qui quidem herus, si accusationem ὕβρεως instituere volebat, poterat id, ut quilibet; non tanquam herus, sed ut quilibet. —— Apud Romanos tamen, praetor, edixerat, daturum se judicium, domino tantum, non servo neque alii, quam domino, cum de ea re judicium non esset publicum.

Licebat de injuria sibi facta transigere, nisi publica instituta fuisset, qua instituta non licebat postea de ea transigere, et jus publicum prodere.

Poena ὕβρεως erat ἐὰν δ᾽ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω, ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Erat igitur poena quandoque pecuniaria, quandoque in corpus infligebatur, pro ratione injuriae. Quare Demosthenes in Midianam: καὶ πολλοὺς ἤδη παραβάντας τὸν νόμον τοῦτον ἐζημιώκασι τῷ θανάτῳ. Quapropter injuriarum rei, et qui accusabantur ὕβρεως, causam, si poterant, ad

αἰκίαν transferebant, cujus eventus erat minus formidolosus, aut certe quoquo modo poterant, accusatorem placabant, et cum eo satagebant transigere.

12\. Si quis fuerat pulsatus contumeliae causa, poterat ὕβρεως vel αἰκίας experiri; si is autem, qui accusabatur, factum id dicebat, non contumeliae causa, sed cum ab altero prius pulsatus esset, de exceptione prius erat videndum, atque si existebat αἰκίας δίκη; nempe, si is qui accusabatur, prior erat injuriam passus, quo casu cessabat ὕβρις, atque exceptio ventilabatur, quae si vera reperiebatur, non modo ὕβρεως accusatio cessabat, si forte instituta erat, sed et αἰκίας δίκη, indicata erat, reo dimisso. —— Ex hac autem contestatione, ubi se reus prius lacessitum, et injuria affectum fuisse aiebat, alterum autem ἄρξαι χειρῶν ἀδίκων, atque ideo, ut partes actoris sibi darentur postulabat, existere ibidem dicebatur judicium, quod αἰκίαν, vocabatur, id est αἰκίας δίκη. Demosthenes contra Theophemum: καταπλεύσας τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὡς οὐδενὶ ἤθελεν ἐπιτρέπειν ὁ Θεόφημος, περὶ τῶν πληγῶν, ὧν ἔλαβον τότε ὑπ' αὐτοῦ, προσκαλεσάμενος αὐτόν, καὶ ἔλαχον αὐτῷ δίκην αἰκίας. ἀντιπροκαλεσαμένου δὴ καὶ ἐκείνου ἐμέ, ἀμφοτέρων ἐχόντων τὰς δίκας, ἐπειδὰν ἀπόφασις ἦν τῆς δίκης, ὁ μὲν Θεόφημος παρεγράψατο, καὶ ὑπωμόσατο. ἐγὼ δὲ πιστεύων ἐμαυτῷ μηδὲν ἀδικεῖν, εἰσῆγον εἰς ὑμᾶς. παραδεχόμενος δὴ ἐκεῖνος ταύτην τὴν μαρτυρίαν, ἣν ἄλλος οὐδεὶς μεμαρτύρηκεν, ὁ δὴ ἀδελφὸς καὶ ὁ κηδεστής, ὡς ἐθέλοι τὴν ἄνθρωπον παραδοῦναι, καὶ προσποιησάμενος ἄκακος εἶναι, ἐξηπάτησε τοὺς δικαστάς.

Neque tamen eo res abibat, ut mutua verborum compensatione dimitterentur, sed is qui ἦρξε χειρῶν ἀδίκων, etsi ab altero se defendente male habitus fuisset, insuper mulctabatur. Polyb. lib IX. σαφῶς εἰδότες, ὅτι τὰς ἀδικίας, καὶ ζημίας ἅπαντες τοῖς ἄρχασι χειρῶν ἀδίκων, ἐπιφέρουσιν. Aristot. Rhet. I. 13. ὃ γὰρ εἰ

ἐπέταξε, πάντως ὕβριζεν, ἀλλ' εἰ ἕνεκα τοῦ, οἷον, τοῦ ἀτιμάσαι ἐκεῖνον, ἢ αὐτὸς ἡσθῆναι.

Nunquam quisquam agebat directo, ut probaret, causam aliquam esse εἰσαγώγιμον, sed ut probaret, non esse εἰσαγώγιμον: quod fiebat praescriptionibus et exceptionibus. — — Demosth. praescriptione adversus Pantaenetum: παραγεγράμμεθα, ὡς ἠκούσατε ἄρτίως, μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. Item: ὡς δ' οὐδ' εἰσαγώγιμος ἐκ τῶν νόμων ἐστιν ἡ δίκη, μετὰ ταῦτ' ἐπιδείξω.

13. Jus Romanum iniuriarum nomine omnes omnino contumelias, tam re, et in corpus, quam verbis factas complectebatur. Jus Atticum ὕβρεως nomine et αἰκίας, iniurias tantum εἰς σῶμα illatas coercebat: λοιδορία et κακηγορία, etsi usu communi ὕβρεως nomine conferentur, lex tamen ὕβρεως ad eas non pertinebat. Demosthenis Midiana: ἐὰν μὲν τοίνυν ἰδιώτην ὄντα τινὰ αὐτὸν ὑβρίσῃ τις, ἢ κακῶς εἴπῃ, γραφὴν ὕβρεως, ἢ δίκην κακηγορίας φεύξεται. Vides hic ὕβριν et κακηγορίαν distingui. Item γραφὴν ὕβρεως et δίκην κακηγορίας. Item: καὶ τὴν μητέρα, καὶ ἐμέ, καὶ πάντας ἡμᾶς ἄντα, καὶ ἄρρητα κακὰ ἐξεῖπον. δίκην δὴ τούτων λαχὼν ὕστερον τῆς κακηγορίας, εἷλον ἐρήμην. Lex Solonis hac de re erat, cujus Plutarchus in Vita Legislatoris meminit: ζῶντα δὴ κακῶς λέγειν ἐκώλυσε πρὸς ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις, καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων. ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον ἔταξεν. Huiusce causam affert: τὸ γὰρ μηδαμοῦ κρατεῖν ὀργῆς, ἀπαίδευτον, καὶ ἀκόλαστον. τὸ δὴ πανταχοῦ χαλεπόν, ἐνίοις δὴ ἀδύνατον. δεῖ δὴ πρὸς τὸ δυνατὸν γράφεσθαι τὸν νόμον, εἰ βούλεται χρησίμως ὀλίγους, ἀλλὰ μὴ πολλοὺς ἀχρήστως κολάζειν. cf. Plato de Legib. lib. XI. Nota Quod autem ἐν ἀρχείοις dicit Plutarchus, non est ex verbis legis, in qua scriptum erat, ἐν τῷ συνεδρίῳ. Ἀρχεῖον locus erat, ubi οἱ ἄρχοντες conveniebant causas ordinaturi: τῶν ἀρχόντων συνέδριον. qua voce usus erat Solon in lege κακηγορίας: quod colligo ex Lysiae pro milite: τῇ

νόμου ἀπαγορεύοντος ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ πα-
ρὰ τὸν νόμον.

Multa autem ordinaria ea erat, quae lege Solonis continebatur; sed alia videtur postea addita multo gravior; quippe quingentarum drachmarum, in eos, qui quocunque loco probris gravioribus, lege comprehensis, aut designatis, famam alicuius laesissent. Colligitur id ex Isocrate, contra Lochitam. οὕτω δ᾽ ἡγήσαντο δεινὸν εἶναι τὸ τύπτειν ἀλλήλους, ὥστε περὶ τῆς κακηγορίας νόμον ἔθεσαν, ὃς κελεύει τοὺς λέγοντάς τι τῶν ἀπορρήτων, πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν. καίτοι πηλίκας τινὰς χρὴ ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας ὑπὲρ τῶν ἔργῳ κακῶς πεπονθότων, ὅταν ὑπὲρ τῶν λόγῳ μόνον ἀκηκοότων οὕτως ὀργιζόμενοι φαίνεσθε; — Ex his igitur constare arbitror multam κακηγορίας levissimam fuisse Solonis lege, postea plurimum auctam in certis iniuriarum generibus, quae lege ea de re lata continebantur.

Error Salmasii est qui putat κακολογίας δίκην fuisse duarum drachmarum. Nulla fuit multa τῇ κακολογίᾳ in genere imposita, nisi in aliquo locorum publicorum supra memoratorum probris, et contumeliis fuisset quis impetitus;

14. Solon quoque lege caverat, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός. Hanc legem Demosthenes contra Leptinem ait εἶναι τῶν καλῶν δοκούντων ἔχειν, et addit rationem: καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μεθεστῶτας ἱεροὺς νομίζειν, καὶ ἀπέχεσθαι τῶν ἐχθρῶν ὑπαρχόντων, καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἔχθρας τὸ ἀΐδιον. Et Cicero lib. II. de Legib. Deorum manium iura sancta sunto, hos letho datos divos habento.

Existimabant veteres eos qui τελεταῖς et sacris mysticis, dum viverent bene purgati erant, securos et beatos post mortem degere, θεῶν χθονίων curae commendatos. θεοὶ χθόνιοι curam eorum gerebant, qui

peccata sua saepius ad id institutis sacris purgaverant, atque expiaverant. Plato de Rep. II. ἀλλὰ γὰρ ἐν ᾅδου δώσομεν ὧν ἂν ἐνθάδε ἀδικήσωμεν, ἢ αὐτοί, ἢ παῖδες παίδων. ἀλλ', ὦ φίλε (φήσει λογιζόμενος) αἱ τελεταὶ αὖ μέγα δύνανται, καὶ οἱ λύσιοι θεοί, ὡς αἱ μέγισται πόλεις λέγουσι, καὶ οἱ θεῶν παῖδες ποιηταί, καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι, οἳ ταῦθ' οὕτως ἔχειν μηνύουσιν.

Quid ἐπήρεια ~~dicta~~ sit, videamus. Est autem ἐπηρεασμός et ἐπήρεια, quum quis alicuius commodis obstat, non, ut sibi prosit, sed ut ei noceat, et molestiam ei afferat. Aristoteles in Rhetoricis: καὶ ὁ ἐπηρεάζων φαίνεται καταφρονεῖν. ἔστι γὰρ ὁ ἐπηρεασμός, ἐμποδισμὸς ταῖς βουλήσεσιν, οὐχ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκείνῳ. ἐπεὶ οὖν οὐχ ἵνα αὐτῷ τι, ὀλιγωρεῖ. δῆλον γὰρ ὅτι οὔτε βλάψειν ὑπολαμβάνει. ἐφοβεῖτο γάρ, καὶ οὐκ ὠλιγώρει. οὔτ' ὠφελῆσαι ἂν οὐδὲν ἄξιον λόγου. ἐφρόντιζε γὰρ ἄν, ὥστε φίλος εἶναι. Est autem ut melius sententiam nostram proferamus ἐπηρεάζειν, ἐπηρεάζεσθαι, ἐνοχλεῖν, idem quod ὑβρίζεσθαι, quae omnia eodem pertinent. ὑβρίζεσθαι autem secundum usum communem, quo contumelia significatur, sed de qua non itur in jus. cf. Terentius in Andria „simul sceleratus Davus siquid consilii etc." Latine ἐπήρεια verti potest per obtrectationem. Recte itaque et sycophantae hoc nomine notantur, nam hi πολυπραγμονεῖν solebant, cum Athenis τοῖς βουλομένοις privatas et publicas causas in jus deferre liceret. Recte itaque Scholiastes Aristophanis ὁ συκοφάντης. οὕτω καλοῦνται οἱ ἐπηρεάζοντες. attamen συκοφαντεῖν apud Graecos id saepe significat, quod apud Gallos chicaner: Demosthenes contra Calliclem, εἰ μὲν οὖν τοὺς ἐπιβουλεύοντας, καὶ συκοφαντοῦντας δεῖ πλεῖον ἔχειν, οὐδὲν ἂν ὄφελος εἴη τῶν εἰρημένων. ubi idem significat quod calumniari.

Itaque ἐπηρεάζειν omnes vexationis species continet, et longe latius patet quam calumniari, et ἐπήρεια, quam calumnia.

ἐπήρεια itaque injuria est, et contumelia, sed non omnis ἐπήρεια injuriarum lege vindicatur. Si cuius honori, laudi, gloriae obtrectatur, nulla est ob ea ἐπήρειαν actio. cf. l. 10. §. 4. D. de Injuriis. Ergo ob quamlibet ἐπήρειαν non

utique est actio injuriarum, sed alia quandoque, quae ex re ipsa, quae δι' ἐπήρειαν facta est, nascitur. Nonnunquam itaque actio βλάβης datur ut Demosth. Midiana: ἔστι δὲ πρῶτον μὲν ἐκεῖνο οὐκ ἄδηλος ὑμῶν, ὅτι ὧν ἰδίᾳ πρός τινας διεξιὼν ἀπηγγέλλετό μοι, ὡς εἴπερ ἀληθῶς ἐπεπόνθειν ταῦτα, δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν. τῶν μὲν ἱματίων, καὶ τῶν χρυσῶν στεφάνων τῆς διαφθορᾶς, βλάβης· ὧν δ' εἰς τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί φημι, ὕβρεως. ἃ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτὸν, καὶ τίμημα ἐπάγειν, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι.
Hic itaque ὕβρεως actionem inter ἰδίας γραφὰς recenset Demosthenes. Jure Romano injuria latius patebat, quod fere diximus, et quandoque ἐπήρειαν complectebatur, propter quam dabatur actio injuriarum, quae in aliam actionem incidisset jure Graeco. cf. l. 13. §. 3. D. de injuriis.

c. 17. Utrum publici an privati juris injuria, dubitatum olim fuit. Inter publica olim numerabatur ex lege Cornelia l. 5. pr. D. de injur. §. ult. J. de accus. Postea placuit prudentibus quamlibet injuriarum actionem inter privata delicta connumerare, exceptis famosis libellis. Sub. Imp. inter publ. numerabatur. l. 7. C. de Injur.

III. 1. Quod aut. Harpocration in αἰκίας judicio τὸν κατήγορον τὸ τίμημα ἐπιγράφεσθαι singulare est; quia τὸ τίμημα, id est τοῦ τιμήματος ἐπιγραφὴ accusationis libello adiecta, erat publicorum judiciorum tantum. —— Poenae certe non erant constitutae in accusationibus publicis, quas γραφὰς appellabant, quare ab accusatore aestimabantur, et de ea aestimatione certabatur apud judices. Nam accusator ἐτιμᾶτο, reus ἀντετιμᾶτο vel ὑπετιμᾶτο, judices ἐπέκρινον. Atque illud erat τίμημα, quod tangebat Harpocration, quodque nos dicebamus esse judiciorum publicorum. Quo modo, et quo ordine id gestum sit Aeschines contra Ctesiphontem uberrime explicant: τίς οὖν ἀποδέδεικται λόγος ἀνδρὶ δικαίῳ συνηγόρῳ, καὶ σώφρονι, ἐγὼ λέξω. εἰς τρία μέρη διαιρεῖται ἡ ἡμέρα, ὅταν εἰσίῃ γραφὴ παρανόμων εἰς δικαστήριον. ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ, καὶ

καὶ τοῖς νόμοις, καὶ τῇ δημοκρατίᾳ. τὸ δὴ δεύτερον ὕδωρ, τῷ τὴν
γραφὴν φεύγοντι, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγουσιν. ἐπειδὰν
δὴ τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, ἤδη τὸ τρίτον ὕ-
δωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας.
ὅστις μὲν οὖν ἐν τῇ τιμήσει τὴν ψῆφον αἰτεῖ, τὴν ὀργὴν τὴν ὑμε-
τέραν παραιτεῖται. ὅστις δ' ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ ψῆφον αἰτεῖ, ὅρκον
αἰτεῖ, νόμον αἰτεῖ, δημοκρατίαν αἰτεῖ. ὧν οὐδὲν αἰτῆσαι οὐδὲ ὅσιον
οὐδενὶ, οὐδὲ αἰτηθέντα ἑτέρῳ δοῦναι. κελεύετε οὖν αὐτοὺς ἐάσαντας
ὑμᾶς τὴν πρώτην ψῆφον κατὰ τοὺς νόμους διενεγκεῖν, ἀπαντᾶν εἰς
τὴν τίμησιν. Quare autem τοῖς νόμοις etc. quia qui accusat, legem agi
in eum postulat, quem reum agit: secundum leges in eum animadverti pe-
tit, legibus eum interrogari et damnari, καὶ τῇ δημοκρατίᾳ, quia
legibus Democratia continetur.

Aestimatio litis fiebat ab accusatore, et accusationis libellus, sive inscri-
ptio, eam continebat, ut paratus veniret reus, non solum ad causam
defendendam, sed etiam ad ὑποτίμησιν, sive ἀντιτίμησιν. —— Et quo erant
acerbiores et avariores accusatores, eo pluris litem aestimabant. Quare
ille apud Aristophanem in Avibus, cum ὕβρεως δίκην, et accu-
sationem scripturum se minaretur, adjicit: ἀπολῶ σε, καὶ γράψω
σε μυρίας δραχμάς. Et Demosthenes in Neaeram: γραψάμενος γὰρ
παρανόμων τὸ ψήφισμα ὁ Στέφανος οὑτοσί, εἷλε τὸ ψήφισμα. καὶ
τοῦτο μὲν εἰ αὐτῷ ἐδόκει διαπράττεσθαι, ὃ χαλεπῶς φέρομεν. ἀλλ'
ἐπειδὰν περὶ τιμήματος ἐλάμβανον τὴν ψῆφον οἱ δικασταὶ, δεομένων
ἡμῶν συγχωρῆσαι, οὐκ ἤθελεν. ἀλλὰ πέντε καὶ δέκα ταλάντων ἐτι-
μᾶτο, ἵνα ἀτιμώσειεν αὐτὸν, καὶ παῖδας τοὺς ἐκείνου, καὶ ἀδελφὴν
τὴν ἐμὴν, καὶ ἡμᾶς ἅπαντας εἰς μεγίστην ἀπορίαν καταστήσειεν.

Quid sit ἀτίμητος δίκη, ἀτίμητος ἀγών? voce clara Harpocr. ἀτίμη- c. 2.
τος ἀγὼν, καὶ τιμητός. ὁ μὲν τιμητός, ἐφ' ᾧ τίμημα ὡρισμένον
ἐκ τῶν νόμων οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τοὺς δικαστὰς ἔδει τιμᾶσθαι ὅ, τι χρὴ

παθεῖν, καὶ ἀποτῖσαι. ὁ δὴ ἀτίμητος τοὐναντίον, ᾧ πρόσεστιν ἐκ τῶν
νόμων ὡρισμένον τίμημα, ὡς μηδὲν δεῖν τοὺς δικαστὰς διατιμῆσαι.
Formula notanda est, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι. Accusator poenam
aestimabat, vel pecunia vel capite. Si pecuniae, reus ἀντιτιμώμενος pe-
cuniae summam minuebat. Si capitalis, aut corporis poena reus pecunia-
riam poenam offerre poterat, aut alio modo poenam minuere, ἐν
ἀντιτιμήσει. Tunc igitur partes judicum erant decernere ὅ τι χρὴ
παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι, an poena capitalis irroganda esset, secundum accu-
satoris τίμημα, an minor, aut pecuniaria, secundum rei ἀντιτίμημα.
Cum de ea re statuunt judices, tum dicuntur τιμᾶν. Demosth. contra
Timocrat. καὶ σοί, ὦ Τιμόκρατες, οἱ μὲν ὄντες ἡμῖν κύριοι νόμοι,
τουτουσὶ ποιοῦσι κυρίους ἁπάντων. καὶ διδόασιν αὐτοῖς ἀκροᾶσθαι, ὁπο-
τέρου ἂν τι νομίζωσι τὸ ἀδίκημα, τοιαύτην περὶ τοῦ ἠδικηκότος
κεχρῆσθαι τῇ ὀργῇ. μέγα; μεγάλῃ. μικρόν; μικρᾷ. ὅταν γὰρ ᾖ,
ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι τὸ τιμᾶν, ἐπὶ τούτοις γίγνεται.
Longa differentia itaque erat inter ἀγῶνας ἀτιμήτους ubi poena erat legi-
bus aestimata, et ἀγῶνας τιμητούς, quibus cum poena nulla esset legibus de-
finita, eam accusator taxabat, et reus contra ὑπετίμα. Nam ubi poena
erat legibus imposita, judices eam mollire aut minuere nequibant,
et ideo proniores esse poterant ad absolvendum, magnitudine poenae ad
misericordiam excitati; at ubi poena non erat legibus aestimata, eam,
quae ab accusatore taxata erat, non tenebantur sequi, sed rei ἀντιτίμη-
σιν, qua poena ab accusatore aestimata minuebatur, amplecti; unde po-
terant et legibus obsequi, nocentem condemnando, et humanitati morem
gerere, poenam mitiorem adjudicando.

περὶ τοῦ τιμή-
ματος et περὶ
τοῦ προστιμήμα-
τος.

3. Ex iis, quae superiori capite tractata sunt, constare arbitror nullam fuisse
in privatis judiciis inter partes περὶ τοῦ τιμήματος, sive de poena aestima-
tione disceptationem; quae nec ulla erat in publicis judiciis, ubi poena erat legi-
bus definita: nisi duplex ea esset disjunctive, ut in crimine δωροδοκίας, quod

multabant, vel morte, vel decuplo. Dinarchus contra Demosthenem: περὶ δὴ τῶν δωροδοκούντων δύο μόνον τιμήματα πεποιήκασιν, ἢ θάνατον, ἵνα ταύτης τυχὼν τῆς ζημίας ὁ λαβὼν, παράδειγμα γένηται τοῖς ἄλλοις. ἢ δεκαπλοῦν τοῦ ἐξ ἀρχῆς λήμματος τὸ τίμημα τῶν δώρων, ἵνα μὴ λυσιτελὲς ᾖ τοῖς τοῦτο τολμῶσι ποιεῖν. Idem contra Aristogitonem: δώρων γραφὰς ποιήσαντες, καὶ κατὰ μόνου τούτου τῶν ἀδικημάτων δεκαπλασίαν ἐπιτιθέντες τοῦ τιμήματος τὴν ἔκτισιν. Error itaque Salmasii est, putantis τίμημα, de quo certabatur (siquidem de eo agebatur) locum habuisse tam in privatis, quam in publicis iudiciis; cum non in quibuslibet publicis iudiciis locum haberet, sed ἐν γραφαῖς tantum, cum nulla erat poena legibus constituta, vel si qua erat, non erat certa, sed per subiunctionem in iudicum arbitrio posita.

προστιμᾶν autem non erat τιμᾶν, nec προστίμημα, τίμημα, sed προστίμημα id erat, quod praeter poenam legibus definitam licebat iudicibus ad eam augendam adiicere: quod volebat Harpocrat. eo loco, ubi ita distinguendum. προστιμήματα. ἔστι μὲν τινὰ ἐν τοῖς νόμοις ὡρισμένα κατὰ τῶν ἀδικούντων. ἔστι δὴ καὶ ἄλλα, ἃ προστιμᾶται τὸ δικαστήριον. Egregius hac de re locus apud Demosthenem contra Timocratem: προστιμῆσαι ἐξεῖναι τῷ δικαστηρίῳ, πρὸς τῷ ἀργυρίῳ, δεσμὸν τῷ κλέπτῃ, πένθ' ἡμέρας, καὶ νύκτας ἴσας, ὅπως ὁρῷεν ἅπαντες αὐτὸν δεδεμένον. Et δεδέσθαι ἐν τῇ ποδοκάκκῃ τὸν πόδα πένθ' ἡμέρας, καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προστιμήσῃ ἡ Ἡλιαία. Neque id passim et indefinite licebat iudicibus sed ubi lege, (exemplum habuimus in furto) vel decreto, aut populi iussu id erat constitutum. Demosthenes in oratione Diodoro subministrata: εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετίμηται κατὰ νόμον, ἢ κατὰ ψήφισμα, δεσμοῦ, ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῇ, εἶναι αὐτῷ, ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφλήματος, οὓς ἂν ὁ δῆμος χειροτονήσῃ, ἢ μὴν ἐκτίσειν τὸ ἀργύριον ὃ ὦφλεν. Hoc autem προστίμημα non autoi sed reipublicae

cedebat. Demosthenes in Midiana, εἰ δ' ἐγὼ τὴν ἐπὶ τῶν ἰδίων δι-
κων πλεονεξίαν ἀφεὶς, τῇ πόλει παραχωρῶ τῆς τιμωρίας, καὶ τοῦτον
εἱλόμην τὸν ἀγῶνα, ἀφ' οὗ μηδέν ἐστι λῆμμα λαβεῖν, ἐμοὶ χάριν,
οὐ βλάβην δήπου τοῦτ' ἂν εἰκότως ἐνέγκαι μοί παρ' ὑμῶν. Hujusce
rei rationem addit: πάνθ' ὅσα τις βιαζόμενος πράττει, κοινὰ ἀδικήμα-
τα, καὶ κατὰ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος ὄντων ἡγεῖτο ὁ νομοθέτης. τὴν μὲν
γὰρ ἰσχὺν ὀλίγων, τοὺς δὲ νόμους ἁπάντων εἶναι. καὶ τὸν μὲν πεισθέντα,
ἰδίας, τὸν δὲ βιασθέντα, δημοσίας δεῖσθαι βοηθείας· διόπερ καὶ τῆς ὕβρεως
αὐτῆς, τὰς μὲν γραφὰς ἔδωκε ἅπαντι τῷ βουλομένῳ· τὸ δὲ τίμημα ἐποίη-
σεν ὅλον δημόσιον. τὴν γὰρ πόλιν ἡγεῖτο ἀδικεῖν, οὐχὶ τὸν παθόντα μόνον,
τὸν ὑβρίζειν ἐπιχειροῦντα, καὶ δίκην ἱκανὴν τὴν τιμωρίαν εἶναι παθόντι· χρή-
ματα δ' οὐ προσήκειν τῶν τοιούτων ἐφ' ἑαυτῷ λαμβάνειν.

4. Actio βλάβης erat valde generalis iure Attico, et dabatur omnibus, qui damnum aliquod acceperant, pro quo nulla actio specialis competebat. Erat veluti actio in factum, ad damnum faciendum, comprehendebatque omne omnino damnum quod quis alterius culpa passus esset.

5. Diximus in actione βλάβης fuisse τίμημα, sed sciendum est, eam quandoque fuisse ἀτίμητον, veluti quando βλάβη erat a lege aestimata.

7. Accusationum ut plures species erant, ita et plures appellationes, inter quas γραφή, εἰσαγγελία, φάσις, ἔνδειξις et aliae non nullae. γραφή quid esset iam antea diximus. —— εἰσαγγελία criminum quoque publicorum erat, sed ἀγρά-
φων, de quibus nulla erat γραφή, tum quia poena erat legibus aestimata, tum quia ὁ εἰσαγγέλλων nullas alias partes ibi agebat: cum accusator litem ipse exsequeretur, et quasi suam faceret. —— Non tamen quaelibet crimina cadebant εἰς εἰσαγγελίαν, sed certa tantum, eaque omnia publica.

Hesychius ait ἄγραφα ἀδικήματα esse περὶ ὧν νόμος οὐ γέγραπται. Quaenam autem sint unus omnium optime vidit Harpocrat: ἐφ' οἷς μήτε ἀρχὴ κα-
θέστηκε, μήτε νόμοι κεῖνται τοῖς ἄρχουσι, καθ' οὓς εἰσάξουσιν. Non dicit, [illegible]

nullas scriptas leges; sed nullas esse leges, quibus eorum criminum exequendorum et in iudicium deducendorum, postquam accusatio mota est, certis magistratibus cura mandetur; quod ut facilius intelligatur, quid sit γραφή pluribus explicandum est.

8. Delicta quaedam erant quoque τῇ εἰσαγγελίᾳ obnoxia, quae sola curiae auctoritate multari poterant, si multa quingentas drachmas non excedebat. Quae graviorem poenam desiderabant, curia ad iudicum tribunalia remittebat.

Non ideo igitur erant ἄγραφα, quod legibus non essent comprehensa, νόμοις οὐ γεγραμμένα, sed contra, quod cum iis poena esset legibus definita, nulla eorum erat γραφή, nec ullum τίμημα. Sed etsi nulla eorum erat γραφή propria, libello tamen εἰσαγγελίᾳ saepe continebatur, sive is daretur παρὰ τοῦ εἰσαγγέλλοντος, sive in gesta referretur παρὰ τοῦ γραμματέως.

Inscriptum maleficium in scholis rhetorum longe aliud est, quam ἄγραφον ἀδίκημα, siquidem inscriptum maleficium ibi est, quod lege scriptum non est, de quo nulla lex scripta est. — — Stellionatus inscriptum maleficium eo modo fere dici potest; sed non omne inscriptum maleficium est stellionatus.

9. Notat quoque Pollux ἐγίγνοντο δὲ καὶ εἰσαγγελίαι κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον ῥητόρων. Itaque non oratores modo et demagogi εἰσηγγέλλοντο, sed quicumque alii populi imperio insidiari credebantur, atque id evertere conari, quod erat τὸν δῆμον καταλύειν et majestatis crimen in democratia.

10. Non erat ~~[illegible]~~ προβολή κλῆσις εἰς δίκην ut Pollux VIII. c. VI. putat, sed erat querela aut accusatio apud populum facta, quae si remittebatur ad judices, poterat sequi κλῆσις εἰς δίκην. Quod ait idem Pollux προβολὰς fuisse etiam τῆς συκοφαντίας γραφάς, non satis explicate dictum est. Neque enim προβολαὶ erant γραφαί, sed licebat etiam προβολὴν de sycophantia apud populum instituere, quae recepta, ad iudices remittebatur, atque id erat καταχειροτονία. cf. [illegible] de permut.

Erant et σύνδικοι, qui in causis publicis maxime fiscalibus ad rem populi procurandam eligebantur, atque ii non ex oratorum ordine necessario, sed quilibet. cf. Lysias de bonorum Niciae fratris publicat.

Ii qui a suis tribulibus selecti erant ad causam aliquam juvandam, sive oratione sive commendatione, sive deprecatione, σύνδικοι quoque dicebantur; et συνδικεῖν iis, quorum causam iuvabant. cf. Andocides de Mysteriis. Laudationes Romanorum non dissimiles erant, et laudatores illi dicebantur συνειπεῖν, quippe qui oratione sua litiganti ius afferent, et vitam ac mores commendarent, denique sibi causam eius curae esse significarent, quod non erat minimi ponderis, si persona erat dignitate aut gratia pollens. cf. Heraldus III. 10. 15.

11. Condemnatio quo modo pronuntiabatur? Sane causa ab utraque parte perorata, Magistratus, qui praeerat iudicio calculos dabat, ac post ψηφοφορίαν, numerabantur calculi, ac dicebatur quis vinceret. —— In causis criminalibus tradebantur τοῖς ἕνδεκα. —— Eorum autem qui proditione aut alio eiusmodi crimine rem publ. laeserant, bona publicabantur, δημόσια ἦν, sive ἐδημεύοντο. Non omnis condemnatio capitalis bonorum publicationem implicabat, sed ob crimina publica, rei publ. salutem et incolumitatem contingentia, quorum erat εἰσαγγελία et ἔνδειξις.

Proditorum rei publicae domos fuisse quandoque dirutas, et stelis aut columnis (ὅροι) condemnationis elogium fuisse adscriptum, notum est. Neque eos licebat sepelire in Attico solo. Thucid de Themistocle lib I. τὰ δὲ ὀστᾶ φασὶ κομισθῆναι αὐτοῦ οἱ προσήκοντες οἴκαδε, κελεύσαντος ἐκείνου, καὶ τεθῆναι κρύφα Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἀττικῇ· οὐ γὰρ ἐξῆν θάπτειν, ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντος.

Saevitia Graecorum et in liberos et propinquos proditorum grassabatur. contra apud Romanos. cf. Dionys Halic. lib. VIII. Athenis ossa etiam eorum eruebantur, et extra Atticam proiiciebantur: καὶ ψηφίζεται ὁ δῆμος, Κριτίου εἰπόντος, τὸν μὲν νεκρὸν κρίνειν προδοσίας, κἂν δόξῃ προδότης ὤν, ἐν χώρᾳ μὴ τεθάφθαι, τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι, καὶ ἐξορίσαι ἔξω τῆς Ἀττικῆς, ὅπως ἂν μὴ κεῖται ἐν τῇ χώρᾳ, μηδὲ τὰ ὀστᾶ τοῦ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν προδιδόντος. (Lycurgus contra Leocratem de Phrynico.) Contra apud Romanos l. ult. D. ad Leg. Jul. majest.

13. Aliud autem erat ἀστρατεία, aliud λιποταξία. Nam ἀστράτευτοι dicebantur Athenis, qui in catalogum militiae relati, militiae se subtraxerant. Lysias contra

Alcibiadem, ἀστρατείας μὲν γὰρ δικαίως αὐτὸν ἁλῶναι, ὅτι καταλεγεὶς ὁπλίτης οὐχ ὑπεξῆλθε μεθ᾽ ὑμῶν στρατοπεδευομένων, οὐδὲ παρῆν μετὰ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν τάξαι. Poena λειποταξίας erat infamia Aeschines contra Ctesiphontem: ὁ γὰρ Σόλων ὁ παλαιὸς νομοθέτης ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις ᾤετο δεῖν ἐνέχεσθαι τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν λελοιπότα τὴν τάξιν, καὶ τὸν δειλὸν ὁμοίως. εἰσὶ γὰρ δειλίας γραφαί. καὶ γάρ τοι θαυμάσειεν ἄν τις ὑμῶν εἰ εἰσὶ φύσεως γραφαί. εἰσί. τίνος ἕνεκα; ἵνα ἕκαστος ἡμῶν τὰς ἐκ τῶν νόμων ζημίας φοβούμενος μᾶλλον, ἢ τοὺς πολεμίους, ἀμείνων ἀγωνιστὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὑπάρχῃ. ὁ μὲν τοίνυν νομοθέτης τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν δειλὸν, καὶ τὸν λιπόντα τὴν τάξιν, ἔξω τῶν περιρραντηρίων τῆς ἀγορᾶς ἐξείργει, καὶ οὐκ ἐᾷ στεφανοῦσθαι, οὐδ᾽ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ. Apud Romanos libertas militiae proditoribus adimebatur, tanquam libertatis proditoribus, sed id olim ut notat Macer l. 4. §. 10. D. de re milit. quam rationem illius iuris habebat a Cicerone, pro Caecina: Jam populus, cum eum vendit, qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed iudicat non esse eum liberum, qui, ut liber sit, adire periculum noluit.

14.

εἰσαγγελία κακώσεως impune delatori erat, Demosthenes contra Pantaenetum. καὶ τοὺς νόμους ἧκεν ἔχων τοὺς τῶν ἐπικλήρων πρὸς τὸ δικαστήριον. καὶ πρὸς μὲν τὸν ἄρχοντα, ὃν τῶν τοιούτων οἱ νόμοι κελεύουσιν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ παρ᾽ ᾧ τῷ μὲν ἠδικηκότι, κίνδυνος περὶ τοῦ τί χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι. τῷ δ᾽ ἐπεξιόντι, μετ᾽ οὐδεμιᾶς ζημίας ἡ βοήθεια, οὐδέπω καὶ τήμερον ἐξήτασται. οὔτ᾽ εἰσήγγειλεν, οὔτ᾽ ἐμέ, οὔτε τὸν Εὔεργον, ὡς ἀδικοῦντας.

15.

Lex Attica περὶ ἐπικλήρων erat: τῶν ἐπικλήρων ὅσαι τὸ θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδιδούς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος, τετρακοσίας δραχμάς. ὁ δὲ ἱππεὺς τριακοσίας. ὁ δὲ ζευγίτης, ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς τοῖς αὐτῆς. ἐὰν δὲ

πλείους ὦσιν ἐν τῷ αὐτῷ γένει, τῇ ἐπικλήρῳ πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι
ἕκαστον. ἐὰν δ' αἱ γυναῖκες πλείους ὦσιν, μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον, ἢ
μίαν ἐκδοῦναι τῷ γένει. ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι, ἢ αὐ-
τὸν ἔχειν. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγυτάτα ἔχειν, ἢ ἐκδοῦναι. ἐὰν δὲ
μὴ ἐπαναγκάσῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ.
ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχον-
τα.

ἐπίκληρος vocatur puella parentibus orba, sive divites illi essent, sive
opibus egentes. Saepius tamen cum ἐπίκληρον dicebant, intelligebant
puellam magnarum opum heredem. Ob huiusmodi puellarum connubia
magnas quandoque seditiones in multis Graeciae civitatibus excitatas,
cum plures proci eas ambirent observat Arist. Polit. V. c. 4. His incom-
modis ut obviam iret Solon, item ne bona ad exteros transirent, le-
gem tulit, qua iubebat ejusmodi ἐπίκληρον ei nubere, qui genere pro-
ximus esset. Haec res amplam litium materiam suppeditabat, cum a plu-
ribus ejusdem generis puellae, in primis si divites essent, expeterentur, inter
quos contendebatur, quis genere esset proximior, quod ἐπιδικάζεσθαι dice-
bant, et puella de qua disputabatur ἐπίδικος dicebatur. Quin, si quae
a patre in matrimonium data erat, quae post ejus mortem exisset ἐπί-
κληρος, licebat generi proximo ἐπιδικάζεσθαι: quo modo saepe continge-
bat uxorem marito abduci, et alii adiudicari: quod nos docet Isaeus, de
Pyrrhi hereditate: ἢ δεινὸν γ' ἂν εἴη, εἰ τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατέρων
ἐκδοθείσας, καὶ συνοικούσας ἀνδράσι γυναῖκας, (περὶ ὧν τίς ἂν ἄμεινον ἢ ὁ
πατὴρ βουλεύσαιτο;) καὶ τὰς οὕτω δοθείσας, ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευ-
τήσας, μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφούς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδί-
κους ὁ νόμος εἶναι κελεύει, καὶ πολλοὶ συνοικοῦντες ἤδη ἀφῄρηνται
τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας. εἶτα τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατέρων ἐκδοθείσας, διὰ
τὸν νόμον ἐξ ἀνάγκης ἐπιδίκους εἶναι προσήκει.

De divisione populi Atheniensium, eleganter idem Heraldus ibid. lib. 3. cap. 15. p. 252–199.

IV. 3.

βεβαιώσεως δίκην in foro Attico Salmasius cum aliis quibusdam interpretatur iudicium, aut actionem confirmationis, quod Latinum non est. Auctoritatis est actio. βεβαίωσις auctoritas et βεβαιωτής auctor, quam quidem appellationem non invenio apud veteres Atticos, apud quos tamen βεβαιοῦν est, auctorem se praestare. Atque dabatur ea actio adversus venditorem, quocumque tandem modo venditor diceretur, etsi quandoque nomine tenus. Demosthenes adversus Pantaenetum: ἐμισθώσαμεν τῶν τόκων τῶν γιγνομένων τὰ ἡμέτερα ἡμεῖς, καὶ ἄλλο οὐδέν. πρατὴρ μὲν γὰρ ὁ Μνησικλῆς ἡμῖν ἐγεγόνει, τούτου παρόντος, καὶ κελεύοντος ἔτι τούτου, ἀλλὰ καὶ ἱκετεύοντος. οὐδεὶς γὰρ ἤθελε δέχεσθαι τοῦτον πρατῆρα.

Nec solum is, qui rem suam vendiderat, et si erat vere πρατὴρ, tenebatur βεβαιοῦν; sed et qui se πρατῆρα constituerat, etsi non erat vere πρατήρ. Qui rem alienam vendit, venditor est; et rem alienam distrahere quem posse nulla dubitatio est, etsi emptori a domino auferri possit. l. 18. D. Contrah. Empt.

4.

Iure Graeco servus non poterat a domino suo occidi, nisi causa cognita. Quare Isocrates in Panathenaico, ubi de Spartanorum servitia in εἵλωτας et colonos agris suis colendis addictos: τῶν γὰρ ἕως μὲν ἐξ ἀρχῆς δεινὰ πεπονθότων, ἐν δὲ τοῖς παροῦσι καιροῖς χρησίμων ὄντων, ἔξεστι τοῖς ἐφόροις ἀκρίτους ἀποκτεῖναι τοσούτους, ὅσους ἂν βουληθῶσιν. ἃ τοῖς Ἕλλησι τοῖς ἄλλοις, οὐδὲ τοὺς πονηροτάτους τῶν οἰκετῶν ὅσιον ἐστι μιαιφονεῖν. Cf. et Antiphon de Herodis caede. καίτοι οὐδὲ οἱ τοὺς δεσπότας ἀποκτείναντες, ἐὰν ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ ληφθῶσιν, οὐδ᾽ οὗτοι θνήσκουσιν ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν προσηκόντων, ἀλλὰ παραδιδόασιν αὐτοὺς τῇ ἀρχῇ κατὰ νόμους ὑμετέρους πατρίους. Atque ius illud universae Graeciae fuisse commune dicebat Hecuba apud Euripidem, ubi Ulyssem affabatur

Νόμος δ᾽ ἐν ὑμῖν τοῖς ἐλευθέροις ἴσος,
Καὶ τοῖσι δούλοις αἵματος κεῖται πέρι.

Heraldus Heineciano more sectionem corporis interpretatur.
Idem ibidem contra Salmasium pugnat, non licuisse post Solonis leges creditori debitorem abducere.

6. De noxae datione, Plato de Legib. XI. δοῦλος δ' ἂν ἢ δούλη βλάψῃ τῶν ἀλλοτρίων καὶ ὁτιοῦν, μὴ ξυναιτίου τοῦ βλαβέντος αὐτοῦ γιγνομένου κατ' ἀπειρίαν, ἤ τιν' ἑτέραν χρείαν μὴ σώφρονα, ὁ τοῦ βλάψαντος δεσπότης, ἢ τὴν βλάβην ἐξιάσθω μὴ ἐνδεῶς, ἢ τὸν βλάψαντ' αὐτὸν παραδότω. ἐὰν δ' ἐπαιτιώμενος, κοινῇ τοῦ βλάψαντος τέχνῃ, καὶ τοῦ βλαβέντος, ἐπ' ἀποστερήσει φῇ τοῦ δούλου γεγονέναι τὴν αἰτίαν, διαδικαζέσθω μὲν κακοτεχνιῶν τῷ φάσκοντι βλαβῆναι, καὶ ἐὰν ἕλῃ, διπλασίαν τῆς ἀξίας τοῦ δούλου κομιζέσθω, ἧς ἂν τιμήσῃ τὸ δικαστήριον. ἐὰν δὲ ἡττηθῇ, τήν τε βλάβην ἐξιάσθω, καὶ τὸν δοῦλον παραδότω. His quoque lex Attica a Demosthene exscripta contra Aristocratem, pertinet; ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή. Et paulo post: ἂν μήτε δίκας ὑπόσχωσι, παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται, μήτε τοὺς δεδρακότας ἐκδῶσιν.

7. Harpocrat. ait ἀπαγωγὴν fuisse εἶδος δίκης et recte, nam ἄγειν ut Harpocrat. ait est ἀντὶ τοῦ ἀπαγωγῇ χρῆσθαι. ἀπαγωγὴ δέ, εἶδός ἐστι δίκης. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἀπάγεσθαι. ἀπήγεσθαι δ' ἐπὶ τῶν κακούργων. ἀπήγοντο δὲ πρὸς τοὺς ἕνδεκα.

9. ἔνδειξις generaliter μήνυσις erat, sed de rebus, quae ad remp. pertinebant; quam delationem dicere possumus, ubi delatio latius patet.

Citatur lex Draconis obscurissima in Oratione Demosthenea contra Aristocratem: φόνου δὲ δίκας μὴ εἶναι μηδαμοῦ κατὰ τῶν τοὺς φεύγοντας ἐνδεικνύντων, ἐάν τις κατίῃ ὅποι μὴ ἔξεστιν. Heraldus hoc modo illam explicat: poena erant in eos constituta, qui homicidii causa exulantem temere abduxissent, et vexassent. constat hoc ex eadem oratione: ἔστι τοίνυν ἑτέρα τιμωρία πρὸς ἅπασι ταύταις, ἣν ὁμοίως παραβὰς

γέγραφε τὸ ψήφισμα τουτί. εἰ πάντα ταῦτα τις ἠγνόηκεν, ἢ παρεληλύθασιν οἱ χρόνοι, ἐν οἷς ἔδει τούτων ἕκαστα ποιεῖν, ἢ δι' ἄλλο τι οὐχὶ βούλεται τούτους τοὺς τρόπους ἐπεξιέναι, τὸν ἀνδροφόνον δ' ὁρᾷ περιϊόντα ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀπάγειν ἔξεστιν εἰς τὸ δεσμωτήριον, οὐκ οἴκαδε, οὐδ' ὅποι βούλεταί τις, ὥσπερ σὺ δέδωκας. κἀνταῦθα ἀπαχθεὶς, οὐδ' ὁτιοῦν, πρὶν ἂν κριθῇ, πείσεται. ἀλλ' ἐὰν μὲν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιωθήσεται. ἐὰν δὲ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ὁ ἀπαγαγών, χιλίας προσοφλήσει.

Hottomanum Salmasius accusat, qui sectionis bonorum appellationem a sectione corporum debitae pecuniae obnoxiorum derivatam putarunt. Heraldus Hottomanum defendit. 10. 1,

Dicit Ammonius differentiam esse inter ἀπελεύθερον et ἐξελεύθερον, atque ἀπελεύθερον esse, τὸν ἐκ δούλου ἠλευθερωμένον, ἐξελεύθερον δὲ, τὸν γενόμενον διὰ χεῖρα προσήλυτον, ἢ κατὰ τὴν ἄλλην αἰτίαν δουλεύσαντα, εἶτα ἐλευθερωθέντα. 10. 2,

Coloni liberi erant, qui agros, quos colebant, proprio jure possidebant. l. 4. C. de agr. cens. et col. vel alienos mercede certa, aut partione. cf. Dionys Halic. lib VIII. οἱ γὰρ ὕπαιθρον προσελθόντες κτλ. Tandem autem γεωργοὺς saepius appellarunt hos, qui alienos agros colerent. quare apud Clementem Alexandr. lib II. Paedag. c. 1. γεωργοὶ opponuntur τοῖς κτήτορσιν. — Alii coloni γεωργοὶ et agricolae servi erant. Ergo γεωργοὶ saepe coloni et agricolae, mancipia fundis addicta. cf. Appianus lib II. οἱ γὰρ πλούσιοι, τῆς γε ἀνεμήτου γῆς etc.

V. 2.

Qui de caede alicujus cogitaverat, et in facinore deprehensus esset, pro eo habendus ac si scelus commisisset. Plato de Leg. ἐὰν τίς διανοηθεὶς τῇ βουλήσει κτεῖναί τινα φίλιον, πλὴν ὧν νόμος ἐφίησι, τρώσῃ μὲν, ἀποκτεῖναι δὲ ἀδυνατήσῃ, τὸν διανοηθέντα τε, καὶ τρώσαντα οὕτως, οὐκ ἄξιον ἐλεεῖν, οὐδὲ ἀδικούμενον ἄλλως, ἢ καθάπερ ἀποκτείναντα, ὑπέχειν

τὴν δίκην φόνου ἀναγκάζειν.

c. 3, πρόνοια in criminibus βούλευσιν significat, διάνοιαν, ἐπιβουλήν. ut Plato l. c. Nihil medium inter caedem ἐκ προνοίας et ἀκουσίως. Demosth. adversus Midiam, ἐπειδ᾽ οἱ φονικοὶ, τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας, θανάτῳ, καὶ ἀειφυγίᾳ, καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι· τοὺς δὲ ἀκουσίως, αἰδέσεως, καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν.

Distinguitur igitur inter τραῦμα et τραῦμα ἐκ προνοίας, ut τραῦμα fit, quando cui contumeliae causa vulnus illatum est, et τραῦμα ἐκ προνοίας, quando occidendi animo.

4, Ebriosi etsi ignorantes delinquunt, non tamen per ignorantiam. Aristoteles in Ethica Nicomachea III. 2. 5. καὶ γὰρ ἐπ᾽ αὐτῷ τῷ ἀγνοεῖν κολάζουσιν, ἐὰν αἴτιος εἶναι δοκῇ τῆς ἀγνοίας, οἷον τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ ἐπιτίμια. ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ. κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθυσθῆναι. τοῦτο δὴ αἴτιον τῆς ἀγνοίας.

5. et 6. De casibus fortuitis, aut per ignorantiam, et an qui fortuito casu contingunt, poena aliqua coërceantur.

c. 8. De meretricibus exstat lex apud Demosth. contra Neaeram: τόν τε νόμον ἐπὶ τούτοις παρεχόμενος, ὃς οὐκ ἐᾷ ἐπὶ ταύταις λαβεῖν, ὁπόσαι ἂν ἐπ᾽ ἐργαστηρίου καθῶνται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀποπεφασμένως. Artemidori quoque locus est: ἑταῖραι δὲ καὶ ἐπὶ ἐργαστηρίων καθεζόμεναι, καὶ πιπράσκουσαί τι, καὶ δεχόμεναι ἐμπολάς. καὶ ὁρᾶσθαι καὶ μισθοῦσθαι.

Dicebantur quidem saepe meretrices ἑστάναι, προεστάναι et Latinis stare, prostare, consistere, quod idem quod καθέζεσθαι, Isaeus de Philoctemonis hereditate, αὕτη δὲ ἡ Ἀλκὴ ὠνηθεῖσα, πολλὰ μὲν ἔτη καθῆστο ἐν οἰκήματι. διὸ in Nerone ἔς τε τὰ πορνεῖα εἰσῄεσαν, καὶ συνεγίνοντο πάσαις ἀναίδην ἁπλῶς ταῖς ἐνταῦθα καθημέναις.

18. ἀγορανόμοι sive ἀστυνόμοι, in nonnullis Graeciae civitatibus ἐπιστάται et ἐπιμεληταὶ atque etiam ἄρχοντες in rebus ad curam suam pertinentibus dicti, idem erat, quod apud Romanos Aediles. De officio eorum Aristot. Politicor. lib. VI. c. 7.

πρῶτον μὲν οὖν ἐπιμέλεια τῶν ἀναγκαίων ἡ περὶ τὴν ἀγορὰν, ἐφ' ᾗ δεῖ τινὰ ἀρχὴν εἶναι τὴν ἐφορῶσαν περί τε τὰ συμβόλαια, καὶ τὴν εὐκοσμίαν. σχεδὸν γὰρ ἀναγκαῖον πάσαις ταῖς πόλεσι, τὰ μὲν ὠνεῖσθαι, τὰ δὴ πωλεῖν, πρὸς ἀλλήλων τὴν ἀναγκαίαν χρείαν. Alteram curationem adjicit ei proximam, τὴν τῶν ἀστυνόμων· ἑτέρα δὴ ἐπιμέλεια ταύτης ἐχομένη, καὶ σύνεγγυς, ἡ περὶ τῶν περὶ τὸ ἄστυ δημοσίων, καὶ ἰδίων, ὅπως εὐκοσμία ᾖ, καὶ τῶν πιπτόντων οἰκοδομημάτων, καὶ ὁδῶν σωτηρία, καὶ διόρθωσις, καὶ ὁρίων τῶν πρὸς ἀλλήλους, ὅπως ἀνεγκλήτως καλοῦσι δ' ἀστυνομίαν οἱ πλεῖστοι τὴν τοιαύτην ἀρχήν. cf. Dionys. Halic. lib VI.

De meretricibus lex apud Aeschinem exstat: ἄν τις Ἀθηναῖος ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι, μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι, μηδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ. μηδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν, μήτε ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητήν. μηδ' ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω, μηδὲ γνώμην λεγέτω, μηδ' εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσίτω, μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανοφορίαις στεφανούσθω, μηδ' ἐντὸς τῶν τῆς ἀγορᾶς περιρραντηρίων πορευέσθω. ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ καταγνωσθέντος αὐτοῦ ἑταιρεῖν. θανάτῳ ζημιούσθω.

Si quis simpliciter alicui in nefario illo scelere, nullo pretio pacto, aut accepto, morigeratus erat, lex eum non notabat. Illos πόρνους appellabant, hos ἐρωμένους. Aeschines contra Timarchum. ἀποκρίνασθε πρὸς ἐμὲ εἰς ὁποτέραν τάξιν τὸν Τίμαρχον κατανέμετε. πότερον, εἰς τοὺς ἐρωμένους ἢ εἰς τοὺς πεπορνευμένους. Oratio contra Timarchum totam hanc rem uberrime tractat.

Lucianus in Eunucho de mercede professoribus data. συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς τοῦ περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. ἔδει δὴ ἀποθανόντος αὐτῶν τινός, ἄλλον ἀντικατασταθῆναι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. καὶ τὸ ἆθλα, οὐ βοεία τις ἦν, κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδὲ ἱερήϊον, ἀλλὰ μύριαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, ἐφ' ᾧ συνεῖναι c. 20.

τοῖς νέοις.

De medicis Aristides, Platonica I, καὶ τῶν ἰατρικῶν, οἶμαι, τινες προϊσταμένων, ἐπεχείρησαν φάρμακόν τινας ἤδη, καὶ τινὰ ἴσως ἄλλον τρόπον, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τοῦτο πονηρὸν ἡ ἰατρικὴ, ἢ τοσοῦτ᾽ ἀπέχει τοῦ κτείνειν ἀνθρώπους, ὥστ᾽ ἔστι θανάτου φάρμακον, ὡς εἰπεῖν, τόσ᾽ ἐφ᾽ ἑαυτῇ.

VI. 1. Inter εἰσφορὰς et ἐπιδόσεις larga erat differentia. Fiebant quandoque ἐπιδόσεις publice, eaque spontaneae, etsi saepe non sine crebris interpellationibus, idque in magnis reip. difficultatibus, rogatis, qui in concilio pecunia opus esset, aut alia re, sive ad belli sumptus, sive frumento ad sustentandam plebem. Demosth. contra Phorm. καὶ τριῶν ἤδη καιρῶν καταλαβόντων τὴν πόλιν, ἐν οἷς ὑμεῖς τοὺς χρησίμους τῷ δήμῳ ἐξητάζετε, οὐδενὸς τούτων ἀπολελείμμεθα, ἀλλ᾽ ὅτε μὲν Ἀλέξανδρος εἰς Θήβας παρῄει, ἐπεδώκαμεν ὑμῖν τάλαντον ἀργυρίου. ὅτε δὴ ὁ σῖτος ἐπετιμήθη πρότερον, καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον. πέρυσι δὴ εἰς τὴν σιτωνίαν τὴν ὑπὲρ τοῦ δήμου τάλαντον ὑμῖν ἐπεδώκαμεν, ἐγώ τε, καὶ ὁ ἀδελφός.

Observandum autem εἰσφορὰς divitum tantum fuisse, pauperes earum immunes erant. λειτουργίαι generaliter ad divites pertinebant, veluti χορηγίαι, τριηραρχίαι, γυμνασιαρχίαι. Pertinebant et εἰσφοραὶ etsi diversae videntur fuisse divitum classes, quod ad λειτουργίας et εἰσφοράς. Isaeus de Hagniae hereditate, ἐπειδὴ ὑπ᾽ ἐκείνου εἰσποιηθῆναι Μακαρτάτῳ τὸν ἕτερον τῶν παίδων, οὐχ᾽ ἵνα λειτουργοίη, εἰ προσγένοιτο μοι τοῦτο τὸ χωρίον. ὁμοίως γὰρ καὶ μὴ εἰσποιηθέντος, τοῦτο ὑπῆρχεν. ἀεὶ γὰρ ἐλειτούργουν, διὰ τοῦτο οὐχ ἧττον οὐδέν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰσφερόντων ἦν, καὶ τῶν τὰ προσταττόμενα ὑμῖν ἅπαντα ποιούντων.

Certe cum collationem, εἰσφορὰν, ratio temporum exigebat, distribuebantur cives, quibus facultates ad conferendum suppetebant, εἰς συμμορίας, vel,

Hi quae exstabant iam συμμορίαι alio tempore constitutae, eas recensebant, et in eorum locum, qui deerant, vel morte erant absumpti, aut facultatibus lapsi, substitutis iis, quorum census ei muneri par erant, tum εἰσφορὰν distribuebant secundum cuiusque facultates, quae eam ad rem censeri solebant. cf. Demosthenes in Aphobum. I. τὸ δὴ πλῆθος τῆς οὐσίας ὅτι τοσοῦτον ἦν τὸ καταλειφθέν, μέγιστοι μὲν αὐτοὶ μάρτυρές μοι γεγόνασιν. εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξαντο, κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς, πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν, ὅσονπερ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι εἰσέφερον. Et rursum πρῶτον μὲν οὖν ὡς συνετιμήσαντο ὑπὲρ ἐμοῦ ταύτην τὴν εἰσφορὰν εἰς τὴν συμμορίαν, παρέξομαι τούτων μάρτυρας.

Sane ipsa, quibus in re eranorum utebantur, vocabula. ἔρανον munus fuisse gratuitum, et veluti λειτουργίαν, qua amici erga amicos defungebantur, significare aliquomodo videntur. Vulgo enim, ἔρανον φέρειν, et εἰσφέρειν dicebant, quae verba ad λειτουργίας et functiones publicas proprie pertinebant. — — Ergo ἔρανος non est mutuum, sed et quodlibet munus solemne quod ab amicis aut cognati offerri solet, veluti in nuptiarum solemnibus, aut aliis eiusmodi. — — Atque sic ἔρανος appellatur

3, Facit iste locus a nobis citatus, ut medium quid inter donationem meram, et mutuum merum fuisse existimemus, ita, ut mutuum conditionale pene fuerit, reddendum nempe, ubi melior fortuna affulsisset, pendendum, ei is, cui fuerat datum, reddere sine incommodo non posset.

4. Quid sit ἐρανιστής Harpocration h.v. significat, ἐρανιστὴς μέντοι κυρίως ἐστὶν, ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων, καὶ τὴν φορὰν, ἣν ἑκάστου μηνὸς ἔδει καταβάλλειν, εἰσφέρων.

5. Hetaeriae omnes, et sodalitia omnia principibus semper suspecta fuerunt; nec sine causa. Rationem huius Aristot. Polit. V. 9. affert. ἔστι δὴ τά τε πάλαι λεχθέντα πρὸς σωτηρίαν, ὡς οἷόν τε τυραννίδος, τὸ τοὺς ὑπερέχοντας

κωλύειν, καὶ τοὺς φρονηματίας ἀναιρεῖν. καὶ μήτε συσσίτια ἐᾶν, μήτε ἑταιρίαν, μήτε παιδείαν, μήτε ἄλλο μηδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ πάντα φυλάττειν, ὅθεν εἴωθε γίνεσθαι δύο, φρόνημά τε, καὶ πίστις, καὶ μήτε σχολάς, μήτε ἄλλους συλλόγους ἐπιτρέπειν γίνεσθαι σχολαστικούς, καὶ πάντα ποιεῖν, ἐξ ὧν μάλιστα ἀγνῶτες ἀλλήλοις ἔσονται πάντες. ἡ γὰρ γνῶσις πίστιν ποιεῖ μᾶλλον πρὸς ἀλλήλους.

6. Eleganter Demosthenes in Midiana quid sit ἔρανον συλλέγειν et ἐράνου πληρωτὴν εἶναι significat. Ibi unumquemque ait eundem ἔρανον sibi parare ad occasiones, quae in vita hominum accidere possunt, quales in alios contulerit, ut, si benigne et humane erga alios se gesserit, benignitatem quoque et humanitatem paratam sibi, ubi res flagitaverit, comperiat, et contra. Ait Demosthenes: ἐγὼ νομίζω πάντας ἀνθρώπους ἐράνους φέρειν παρὰ τὸν βίον αὑτοῖς, οὐχὶ τούσδε μόνους, οὓς συλλέγουσί τινες, καὶ ὧν πληρωταὶ γίνονται. Huc quoque locus Platonis e legib. XI. pertinet: οἷς ἐπίτροπον, καὶ ἄρχοντα πᾶσι δεῖ τὸν νοῦν, ᾧ καὶ βραχὺς ἐνείη, προσέχοντα, καὶ εὐλαβούμενον περὶ τροφήν τε, καὶ παιδείαν ὀρφανῶν, ὡς ἔρανον εἰσφέροντα ἑαυτῷ τε, καὶ παιδείαν ὀρφανῶν + ~~ὡς ἔρανον~~ τε, καὶ τοῖς αὑτοῦ, κατὰ δύναμιν πάντως πᾶσαν εὐεργετῶν.

Sed ut tandem disputationi isti finem imponamus, πληροῦν ἔρανον, non est ἔρανον φέρειν, sed eranorum collectam in se suscipere, et quod ex singulorum collatione ad opem amico laboranti ferendam deest, de suo supplere.

7. Κῶμοι erant convivii affecta, siquidem peracto solutiore convivio saepius vino madentes ἐκώμαζον, et ad alios vulgo ibant, qui convivium alicubi agitabant. Ibant autem praeeunte tibicine, seu potius tibicina. Plato in Convivio: καὶ ἐξαίφνης τὴν αὔλειον θύραν κρουομένην πολὺν ψόφον παρασχεῖν, ὡς κωμαστῶν, καὶ αὐλητρίδος φωνὴν ἀκούειν. τὸν οὖν Ἀγάθωνα, παῖδες, ἔφη, καὶ σκέψασθε, καὶ ἐὰν μέν τις τῶν ἐπιτηδείων ᾖ, καλεῖτε. εἰ δὲ μή

λέγετε, ὅτι πίνομεν, ἀλλ᾽ ἀναπαυόμεθα.

Neque Comessatio Latinorum inde longe aberat. —— Eustathius ad Odyss. Rhapsod. 1. ait ὅθεν καὶ συμβολή, ἡ ἐπὶ ἐράνῳ, καὶ δεῖπνον ἐξ αὐτῶν ἀσύμβολον παρὰ Ἀθηναίοις, τὸ δωρεάν, καὶ δίχα ἐράνου. Ergo ἔρανος est συμβολή etiam in re conviviorum, sed hoc usitatius. Sane Cicero, cum collectam dixit lib. II. de Oratore, in hoc argumento ἔρανον expressit, non συμβολήν. "Ego vero, quoniam collectam a conviva, Crasse, exigis." Dicitur itaque vel ἔρανος vel συμβολή. Locus est apud Lucianum in Dialogo Meretricio, ubi meretrix accusatur, quod Chaereae adolescenti nimis addicta, non solum nihil ab eo corraderet, sed quae habebat pretiosiora ei crederet: καὶ πιστεύεις δηλαδή, καὶ διὰ τοῦτο ἤδη ἔχοντι αὐτῷ καταθεῖναι συμβολήν, τὸν δακτύλιον δέδωκας ἀγνοούσης ἐμοῦ (mater meretricis haec dicit). ὁ δὲ ἀποδόμενος κατέπιε. καὶ πάλιν τὰ δύο περιδέραια τὰ ἰωνικά, ἕλκοντα ἑκάτερον δύο δαρεικούς, ἅ σοι ὁ Χῖος Πραξίας ὁ ναύκληρος ἐκόμισεν, ὠνησάμενος ἐν Ἐφέσῳ. ἐδεῖτο γὰρ Χαιρέας ἔρανον σὺν ἐφήβοις ἐπενεγκεῖν.

c. 9.

Scire oportet μαρτυρίαν Graecos dixisse tabulas, tam eas, quibus continerentur absentium testatio, quam eas, quibus praesentium testimonium. Testimonia omnia scriptis comprehendi iubebat lex Attica, ne quid addi, detrahi, aut immutari posset, ut si post litem iudicatam, falsi testimonii instituerentur accusatio, quid quisque testium testatus esset, certo constare posset. Demosth. contra Steph. 2. Orat. οἱ ~~γὰρ~~ δή γε νόμοι ἃ ταῦτα λέγουσιν, ἀλλ᾽ ἃ ἂν εἰδῇ τις, καὶ οἷς ἂν παραγένηται πραττομένοις, ταῦτα μαρτυρεῖν κελεύουσιν ἐν γραμματείῳ γεγραμμένα, ἵνα μήτε ἀφελεῖν ἐξῇ μηδέν, μήτε προσθεῖναι τοῖς γεγραμμένοις.
Scribebantur autem et parabantur testimonia hoc modo: Cum causae apud Archontes instituebantur, pro sua cuiusque iurisdictione, testes ab iis auditos, et testium, qui deposuerant, quod est verbum nostri iuris, testimonia, cum aliis causae instrumentis in urnam, aut capsam, aut quod aliud vas, coniecta, ac vas signatum, unde depromebantur, cum causa ageretur in iudicio.

Observare licet eo in loco denominationem δικανικῶν, quae tribuebatur hominibus litium sectatoribus, et qui sibi victum inde comparabant: quos nunc appellamus <u>chicaneurs</u>. Sed δικανικοὶ illi iidemne erant, qui postea πραγματικοὶ sunt appellati? Non puto fuisse valde diversos. —— Pragmaticos et tabelliones existimo eos omnes, qui instrumenta forensia, id est, quorum usus erat in judiciis, faciebant, veluti libellos et testationes, quibus verbis complectebatur Ulpianus omnia instrumenta, quae ad rem judiciariam pertinebant, et quorum conficiendorum advocatum ipsum volebat esse imperitum lib. XII. c. 3.

c. 11. Quid est γραμματεῖον ἀλελευκωμένον? Testes ipsos providere oportebat, ne quid in suis tabulis deleretur, adjiceretur, aut mutaretur, unde falsi testimonii accusatio concinnari quondam posset; quare domi eas parabant, et postea obsignabant, ne qua fraus fieri posset, neve aperiri possent, nisi in judicio. Creta igitur annulo impressa ea obsignabant, quae signandi ratio frequens erat apud Graecos. Cicero Verrina IV. pro L. Flacco (Hac, quae a nobis prolata, laudatio etc.) Meminit hujus cretae annulariae Plin. lib. 35. c. 6. Demosth. contr. Steph. 2. ἔτι τοίνυν καὶ ἀπὸ τοῦ γραμματείου γνοίη τις ἄν.

Leges igitur testimonia de auditu respuebant, vel hac ratione, praeter alias, quod qui de auditu testificaretur, non esset ὑπόδικος, obnoxius legi ψευδομαρτυριῶν. Quare, qui de auditu testabantur, ut sibi haberetur fides, se ipsos quandoque poenae ψευδομαρτυριῶν subjiciebant, quod ὑπεύθυνον ἑαυτὸν καθιστάναι dicebat; quo tamen facto nec eorum testimonium fuisse nullius momenti ait Demosth. contra Eubulidem ἀκοὴν μὲν οὖν ἔγωγε, ὦ ἄνδρες δικ.
Haec tamen non omnino rejecta fuerunt olim moribus Romanis, sed parum auctoritatis habuerunt, ut Cicero pro Plancio testatur: Illud autem vos magnopere oro atque obsecro, judices, cum huic etc.

12. παράκλητοι amici erant, qui litigatoribus assistebant, eosque gratia, si qua valebant apud judices, juvabant, pro iis vel intercedebant et deprecabantur, vel jus eorum quandoque explicabant. Dicti παράκλητοι, quia παρεκαλοῦντο, advocabantur ab amicis, ut sibi adessent. Sed et ipsi παρεκάλουν, id est, judices pro iis orabant. Nam ita quoque παρακαλεῖν et παράκλησις. Dionys. Halic. lib. XI. de M. Claud. Appii Claud. cliente.

Ad oratores τοὺς ῥήτορας, lex δωροδοκίας non minus pertinebat, quam ad iudices, imo magis; siquidem hi summam rempubl. administrabant, in concionibus regnabant, bellum, aut pacem, et cetera ejusmodi suadebant, aut dissuadebant.

c. 14.

Quid πρόκλησις sit, ait Pollux lib. VIII. c. 6. πρόκλησις δέ ἐστι λύσις δίκης, ἐπί τινι ὅρκῳ, ἢ μαρτυρίᾳ, ἢ βασάνῳ, ἢ ἄλλῳ τινι τοιούτῳ. Observandum tamen est πρόκλησιν non proprie λύσιν δίκης, litis definitionem fuisse, seu eo tendisse; nam hic erat effectus acceptae προκλήσεως ut litem finiret. Ergo προκαλεῖσθαι dicebatur, qui vel ante litem motam, vel in limine litis, vel lite currente conditionem adversario deferebat, secundum quam lis finiretur. Exempla possunt varia esse; primum est iurisjurandi delati, cum iusiurandum adversarius adversario defert, quo sit statumus. Id enim est, quod dicit Pollux, ἐπὶ ὅρκῳ. Demosth. contra Boeotum de Dote Materna. Ex hac oratione patet licuisse Atheniensibus in matrimonium duas feminas simul ducere quod et Gellius XV. 22. et Terentianus ille Phormio, testantur.

c. 15.

Κλήτευσις et ἐκκλήτευσις non erat in ius vocatio, sed fiebat in ipso iudicio, cum testis, cui denuntiatum fuerat, citatus non respondebat. Atque id ipsum Harpocration probat: λέγεται κλητεύεσθαι καὶ ἐκκλητεύεσθαι ἐπὶ μαρτύρων, ὅταν μὴ ὑπακούωσι πρὸς τὴν μαρτυρίαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Plenius Suidas in κλητήρ. λέγεται δὲ καὶ κλητεύεσθαι, καὶ ἐκκλητεύεσθαι ἐπὶ τῶν μαρτύρων, ὅταν μὴ ὑπακούωσι πρὸς τὴν μαρτυρίαν ἐν τῷ δικαστηρίῳ. καὶ ἔστιν ἐπιτίμιον κατ᾽ αὐτόν, δραχμαὶ χίλιαι. Item alibi: ἐκκλητευθῆναι, τῶν ἐγκαταλιπόντων μαρτυρίαν τὰ ὀνόματα ἐν τῷ δικαστηρίῳ κηρύσσεται, ὅπερ ἔλεγον ἐκκλητευθῆναι καὶ ἐκκλητεύειν.

scribebam 23. Febr. 1818.

De legislatione Attica. (ex praef. Wesseling. T. III. Jus Att. et R.)

Princeps citra controversiam Attici juris conditor Draco fuit (Gell. XI. 18), qui Olymp. 39. leges rogavit. Successit Solon, Dracone annis 47. posterior, qui excellenti ingenio et utrique in republica factioni carus, aegram seditionibus civitatem circa Olymp. 46. constituit. Ea in re cum praecepta, quae natura dictat, tum patriam consuetudinem et Draconis leges in consilium misit, quare Demosthenes utriusque κοινὸν εὐεργέτημα in civitatem Atticam laudat, ὅτι συμφέροντας ἔθηκαν καὶ καλῶς ἔχοντας νόμους. (in Timocr. p. 480. ed. Wolf. Basil.) Mutata post Clisthenis aetatem civitate, victis semel atque iterum Persis et insulanis in provinciae formam redactis, latae ad populum ab Oratoribus et Civitatis principibus variae sunt leges, quas recta ratio imperandi atque prohibendi desiderabat. Quae tamen in re modum ipsi saepe excesserunt, adeo quidem ut Plato (apud Sext. Emp. lib. II. p. 297. adv. Mathemat.) Comicus adfirmaret, Athenarum eam esse conditionem, ut si quis tres menses peregre abiisset, reversus eandem civitatem, quantum quidem ad leges adtinet, non agnosceret.

Secuta non magno intervallo tempora sunt multo difficillima. Fracti Peloponnesiaco bello intestinisque discordiis Spartanorum jugum et impotentem XXX. virorum dominationem Athenienses subierunt. Ab his fixae leges et refixae sunt, tabulisque Solonis turpis illata labes, ingenti civium detrimento. Οἱ τριάκοντα τύραννοι διὰ Λακεδαιμονίων κατασταθέντες καὶ τὴν πάτριον πολιτείαν τῶν Ἀθηναίων καταλύσαντες ἠφανίσαντο τοὺς Δράκοντος καὶ Σόλωνος νόμους, ut ineditus Scholiastes in Orat. Aesch. contra Timarch. p. 6. ait. Quae quidem tempestas cum brevi desaevisset, oppressis felicissime Thrasybuli et sociorum virtute tyrannis, redditaque reipublicae libertate et concordia, decretum publice fuit, ut legum tabulae recenserentur, atque interea temporis certa illis auctoritas maneret, quas Dracon olim et Solon promulgaverant. τέως χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις, καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς

sicuti Andocides de Mysteriis p. 12. exhibet.

Latae tum novae leges sunt plures, nec paucae, quae concordiam, nuper admodum instauratam, conturbare videbantur, antiquatae. Et quia Archonte Euclide ea legum recensio, probatis in porticu palam ante oculos omnium propositis, fuit absoluta, inde hae locutiones, νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος et ἄκυρα ὡς τὰ πρὸ Εὐκλείδου apud veteres.

Dedit insecuta aetas uberiorem ~~Rhetorum~~ proventum, qui saepe rem e publico ut augerent, mobile vulgus fluctuum in modum concionum suarum flabello nunc huc, nunc illuc in brevia impegerant. Conati tum quidem sunt viri, rerum usu prudentes, Lycurgus, Lacritus, Leptines, Demosthenes et alii de hoc genere civium vitiosam et corruptam consuetudinem legibus emendare et multa salubriter instituere, sed vicit licentia, frenumque praesidum solvit. Civitas Macedonibus imperare adsueta, partim a Philippo, deinde ab Antipatro bello Lamiaco conquassata, gentis eius praesidium intra moenia recipere debuit. Quo tempore Demetrius Phalereus, vir non solum eruditissimus, sed etiam civis e republica maxime tuendaeque civitati paratissimus, Solonis legibus, quae in desuetudinem abierant (Cicero de Legib. II. 25.) robur reddidit, atque Athenas, jam jamque in exitium ruentes, stitit. At illo de gradu deiecto, in peius omnia vergere, et qui libertatis Graeciae olim acerrimi fuerant vindices, suam aegre tueri coeperunt. Mansit tamen reipublicae vetusta forma, durabat sociae ac foederatae Romanorum civitati αὐτονομία. Strabo IX. p. 610. Quare et suos sibi Archontes habuerant, et eo honore Domitianum, clavo imperii nuper admotum, insignem, Philostrato (de Vita Apollon. VIII. 16.) auctore. Adde Plinium (Epist. VIII. 24.) Trajano imperante, residuum libertatis nomen iisdem conticuere. Sed haec precaria et justae libertatis quaedam umbra erat; et mirum non est, in Draconis Soloniisque legibus tot annorum decursu mutata multa atque obliterata fuisse. Cui quidem malo Hadrianus Augustus mederi voluit, Graecorum omnium studiosissimus et πανελλήνιος νομοθέτης a viris (Moratori p. 226, 1. T. 1.) Megarensibus nuncupatus: namque Atheniensibus leges petentibus ex Draconis et Solonis reliquorumque libris jura composuit, quemadmodum in Eusebii Chronico (ad An. 2138) legitur.

Scripserat Demetrius Phalereus περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας libros quinque a Diogene Laertio (in vita Demetrii sect. 80.) indicatos. De legibus et vetustis legum latoribus volumina concinnaverat plura Theophrastus, de quibus idem ipse Diogenes (in Theophr. sect. 44.) et Theophrasti praeceptor Aristoteles. Hos nequicquam desideramus, sicuti et Heraclidae Pontici περὶ Νόμων, unde quaedam apud Plutarchum (in Solone) et Telephi Pergameni περὶ τῶν Ἀθήνησι δικαστηρίων et περὶ τῶν Ἀθήνησι νόμων καὶ ἐθῶν libros, a Suida (sub voce Τήλεφος) memoratos. Neque spes ulla est recuperandae Ἀντιγραφῆς περὶ τῶν Ἀξόνων τῶν Σόλωνος, qua Didymus Grammaticus Asclepiadi rescripserat, Plutarcho (in Solone principio) teste, cuiusque insigne fragmentum Harpocration (v. ὁ κάτωθεν νόμος) nobis servavit. Amissum denique est, ut cetera praeteream, ὑπόμνημα τῶν Σόλωνος Ἀξόνων, quo Seleucum obscura, quae in Axonibus erant, explicuisse Suidas (Ὀργεῶνες) significat.

ad L. Bos Antiquit. Graecar. Part. III. auctorum. lectim. (ed. Leips.)

p. 158. Θετταλῶν γοῦν ἱππεῖς, κατ' ἴλην μὲν καὶ φαλαγγηδὸν ~~ἔφοδον, ἀγεννεῖς~~ ἀνυπόστατοι· χωρὶς δὲ παρατάξεως πρὸς καιρὸν καὶ τόπον κατ' ἄνδρα κινδυνεῦσαι, δύσχρηστοι καὶ βραδεῖς. Αἰτωλοὶ δὲ τούτων τἀναντία. Κρῆτες δὲ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, πρὸς μὲν ἐνέδρας καὶ λῃστείας καὶ κλοπὰς πολεμίων, καὶ νυκτερινὰς ἐπιθέσεις, καὶ πάσας τὰς μετὰ δόλου καὶ κατὰ μέρος χρείας ἀνυπόστατοι. πρὸς δὲ τὴν ἐξ ὁμολόγου καὶ κατὰ πρόσωπον φαλαγγηδὸν ἔφοδον, ἀγεννεῖς καὶ πλάγιοι ταῖς ψυχαῖς. Ἀχαιοὶ δὲ καὶ Μακεδόνες τἀναντία τούτων.

Polybius p. 278. ed. Casaub.

p. 161. Περίπολος. Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, περὶ τῶν ἐφήβων λέγων, φησὶν οὕτως. Τὸν δεύτερον ἐνιαυτόν, ἐκκλησίας ἐν τῷ θεάτρῳ γινομένης, ἀποδειξάμενοι τῷ δήμῳ περὶ τὰς τάξεις, καὶ λαβόντες ἀσπίδα καὶ δόρυ παρὰ τοῦ δήμου περιπολοῦσι τὴν χώραν, καὶ διατρίβουσιν ἐν τοῖς φυλακτηρίοις. παρατηρητέον οὖν, ὅτι ὁ μὲν Ἀριστοτέλης, ἕνα φησὶν ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς περιπόλοις γίνεσθαι τοὺς ἐφήβους, ὁ δὲ Αἰσχίνης δύο· καὶ τάχα διὰ τοῦτο ἐπεσημάνθη τοῦ πράγματος ὁ ῥήτωρ, καίπερ πάντων τῶν ἐφήβων ἐξ ἀνάγκης περιπολούντων, αὐτὸς δύο ἔτη γέγονε τοῖς περιπόλοις· διὸ καὶ μαρτύρων ἐδήλωσεν αὐτῷ.

Harpocrat. περίπολος.

p. 173. — συνέστησε μηχανὴν τὴν ὀνομαζομένην ἑλέπολιν, τὸ πλάτος ἔχουσαν ἑκάστην πλευρὰν τεσσαράκοντα καὶ πέντε πήχεις, τὸ δ' ὕψος πηχῶν ἐνενήκοντα, διειλημμένην στέγαις ἐννέα· ὑπότροχον δὲ πᾶσαν τροχοῖς στερεοῖς τέτταρσιν, ὀκταπήχεσι τὸ ὕψος. Diodorus Siculus XX. c. 48. ed. Wesseling.

— ἔπειτα χῶμα ἔχουν πρὸς τὴν πόλιν, ἐλπίζοντες ταχίστην αἵρεσιν ἔσεσθαι αὐτῶν, στρατεύματος τοσούτου ἐργαζομένου. ξύλα μὲν οὖν τέμνοντες ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, παρῳκοδόμουν ἑκατέρωθεν, φορμηδὸν ἀντὶ τοίχων τιθέντες, ὅπως μὴ διαχέοιτο ἐπὶ πολὺ τὸ χῶμα· ἐφόρουν δὲ ὕλην ἐς αὐτό, καὶ λίθους,

ὕψος
Χῶμα

καὶ γῆν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀνύτειν μέλλοι ἐπιβαλλόμενον.

Thucyd. II. 75.

p. 184. Veteribus Graeciae moribus id quidem valuit (trophaea ut ponerentur) statuebantur enim in finibus, victoriae modo in praesentia declarandae causa, non ut in perpetuum belli memoria maneret: tamen trophaea et ex aere et lapide erecta memorat Pausan. II. 21. p. 159. p. 450. VIII. 10. p. 619. et Plutarchus in Alcib. p. 207. D. Quanquam primi ea ex materia qui posuerunt, male tota Graecia audiverunt; ἀλλὰ γὰρ παρ' Ἕλλησιν οἱ πρῶτοι λίθινον καὶ χαλκοῦν στήσαντες τρόπαιον ἀδοκιμοῦσιν. Plutarchus Quaest. Rom. p. 273. D. Quin cum Thebani, Lacedaemoniis bello superatis, aeneum statuissent tropaeum, ~~Lacedaemonii~~ accusati apud Amphictyonas sunt, Cicerone de Invent. II. 23. autore. Adde Casaub. cui haec non latuerunt, ad Strabon. lib. IV. p. 283.

Wesselingius ad Diodor. Siculum XIII. 24.

